GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [1] - -

Leibn. Marg.

0, 1

Randnoten von Leibniz

KM.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [2] - -

CHRISTOPHORI BESOLDI, JC. ET ANTECESSORIS Tubingensis,

DISSERTATIO Philologica,

DE

ARTE JUREQUE Belli.




ARGENTORATI.

Impensis Hæredum LAZARI ZETZNERI.

ANNO M. CD. XXIV.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [3] - -



GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [4] -

DISSERTATIO PHILOLOGICA.

CAP. I.

In Pace, de Bello, necessariò cogitandum esse.

VEteres Romanos Jure consultos, privati licet iuris, tanquam frequentioris, & magis in usu positi, fuerint studiosiores; de iure tamen publico, haud rarenter etiam respondisse, in propatulo est: eiúsque rei in ff. & C. vestigia, quamplurima reperiuntur, Bernhard Zieriz *comment. de Princip. prærogat. à princip.* Waremund de Erenberg. *in medit. pro fæder. lib. 1. cap. 1. num. 48. & seq. ac num. 191. &c.* Et ideò ego post uberem multorum messem, spicas hinc inde colligens, in artis & Juris quod est de Bello, latissimo campo; id hîc lubuit præfari: Me obvia quæque pro Philologicâ libertate selegisse, omni sine studio & irâ: ac etiam sine methodo ullâ. Nec ad alium spectavi scopum, quàm ut mihi, aliisque occasionem præberem, hisce de rebus, quæ nunc Germaniam nostram vexant, disserendi. Haud idem præfractè, propositionibus subsequentibus propugnare animus est, sed lubens gratusque cedam ei, qui rationes attulerit probas: modò id fecerit animo æquo. Agam autem, Deo bono juvante, primò de Curâ Armorum tempore pacis; porrò de jure Belli; & tandem de ipsâ belli gestione, inspectio necessaria erit. Tractatio verò Armorum tempore Pacis, cùm Milites, tùm Arma, tùm loca concernit. At de Bello, multorum passim commentaria extant: Aeliani *Tactica*, Vegetii, *de re militari aliquot libri.* Polyæni, *stratagemata*, Machiavell. *de arte belli.* Onosandri, ac item Leonis Imperatoris Basilii Macedonis Filii, *de bellico apparatu.* Bernardinus item de Mendoça, Hispanicè, Guill. Bellaius, Gallicè, & Iohannes Iacobus à Wollhausen/ Leonhard Fronsperger/ Lazarus Schwend/ Germanicè scripserunt, & quoque Hurault, *des offices d' estat lib. 3. per tot.* eâdem de Materiâ multa habet. Maximè item conducere videtur lectio des commentaires de Blaise du Montluc. ac si credimus Montano 2. *des essais cap. 34.* Iul. Cæsaris scriptorum. Sed tamen ex libris

vix discì potest ars militaris. *I campi sono scole, gli esserciti discepoli, & l'armi penne: lequali intinte nel sangue inimico, scrivano l' historie in la carne, onde bisogna rivolgere, & notare si fatte cose in la guerra, & non in le Camere &c.* Pietro Aretino *epistol. lib. 5. epist. 342. fol. m. 183. b.* Non tàm facile est rem præstare, quàm tradere præcepta: adeò, ut Machiavellus, qui tot & tanta de militari Romanorum disciplinâ disertissimè scripserat, ne unam quidem cohortem, Urbini Principe hortante, instruere sit ausus. Cartan. *d. util. ex adverf. capiend. lib. 3. fol. 759.* Ideoque Philopœmen non contentus erat, legere libros de arte militari: sed & experientiam semper conjungebat. Plutarch. *in vita fol. m. 702.* Et demum de privilegiis Militum, singulares ediderunt Tractatus, Claud. Coteræus, & illustris Enenckelius, Hoheneccii Baro.

II. Hebræi Bellum *Milchoma* vocant, idque à *locham* derivatur: quod est comedere, devorare. Est enim ὁ πόλεμος δημοβόρος, Bellum vorax populi. Hinc Divinus Spiritus in Scriptura os tribuit gladio, & perire dicuntur in ore gladii, qui in bello occumbunt, *Deuteronom. 32, 42.* inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus devorabit carnes. Bellum igitur horrenda belua est, quæ innumeris sagittis fugit morientium cruorem, & gladiis carnem secat, ac viscerationibus pertusum ventrem farcire conatur; nunquam autem etiam temulenta satiatur. Belli sanè innumera mala sunt: nullum gravius, quàm quòd tam magna decora, & triũphi de hominum cæde petuntur. Ferarum mutuos laniatus, venationésq; cernimus: sed pasta, cessat crudelitas; homini occidisse hominé, glorioſum est. Et satis causæ videtur esse, ut tàm sacrum animal interficiatur, si victoris nomen acquiratur occisori. Quot enim gentes nullâ sua culpâ, sed crudelissimâ ambitione perierunt? Non inficior, eos, qui justorum Bellorum administri fuerunt, quique pro Patriâ vulnera acceperunt, meritis præmiis decorandos; verùm hanc humani generis calamitatem deploro; quod pro foliis lauri, nationes integræ concidantur, quodque cupidine triumphandi bella serantur, & major sit gloria, multos hominum occidisse, quàm multos servâsse. Quid est hoc, O Deus Meus, ut in societate humanâ, inter erudita etiam ingenia, fastigium laudis teneat, multos occidisse? Nec velari prætextu justitiæ tanta potest immanitas, in ea gloria fuerunt etiam, qui injusta Bella gesserunt. R. P. Conzen. *lib. 10. politic. cap. 2. latè.* Bellorum etjam justissimorum malum est commune; quòd in illis disciplina jaceat, vitia invalescant, cùm enim in Bello maximi labores, continua pericula sint, voluptatum & omnium vitiorum dulcedine stolidi, Militum animi detinentur, ne ij deserant castra. Hinc mores nulla res æquè corrumpit, atque Militia; quippe in qua pleraque impune committuntur. Nec

hodiè

hodiè de vitâ Militari, ampliùs cùm Aristotele, *2. politic. cap. 7.* prædicari potest: eam multas virtutis partes habere Feros itaque,& omnium malorum cupidos Bellum efficit. Quæ enim in Republica,& benè constitutâ civitate,flagitia censentur,in Castris ludi sunt. Quæ namque facies malorum, in captis Civitatibus abesse solet? ita multò sunt miserabiliores, qui victoriam sceleribus ingentibus contaminant, quàm illi quos trucidant. Ferè enim majora scelera committuntur, dum Civitas capitur, quam ea sunt, quibus meretur capi. Tantæ impietatis indubium signum est,quòd in præsenti periculo, inter morientium strages, de salute cogitatio seria haut suscipi solet. Atque illud est, quod duratum malis animum, gratiæque divinæ contumacem ostendit; non constanter mori, sed vitiis suis immori. Nullo periculo moveri ad pœnitentiam, malis ipsis indurescere. Causa est, quia tantorum certaminum finis divitiæ sunt.

Vsq; adeò solus ferrum, mortémq; timere
Auri nescit Amor; pereunt discrimine nullo
Amissæ leges, & pars vilissima rerum
Certamen movistis opes.

Meritò ideò culpatur Respublica ita constituta, ut omnia Bellum solùm spectent: Paolo Paruta, *lib. 1. discors. 1. fol. m. 22.* ut olim Spartana, ac quoque Romana, hodiéque Imperium Turcium existit. Maturo item & lento consilio, ad Bellum est procedendum. Contzen, *dict. li. cap.* 10. Itáque Rex & Consiliarii sub aurato tholo inter peristromata de Bello consultantes, in acie se versari credant; atque eo animo sint, quo illi, quorum aures circà strident, emissa tormentis jacula: si consulentium interdum quies unius sclopi globulo terreretur, multò sedatiùs Bella decernerent. Rectéque Princeps Outopianus, cùm magno numero Consiliarii de Bello consultarent, jámque senatus consultum pro Bello subscribendum esset,clàm constituit, ut ex opposita Senaculo turri, per vitreas fenestras in conclave jacularentur Milites, sine ullo periculo eorum, qui adessent, sed ingenti pavore, cùm volitare specularium fragmina viderent, omnes diffugere, tuta quærere: monebat Princeps, ut in periculo interriti consisterent, sed frustra; vicit timor verecundiam, & solus in periculo, ut putabant, Princeps destituitur; ille civiliter timori ignoscens: Nemo, inquit, Bellum suadeat, nisi qui & ferre pericula potest. Me in periculo destituitis, verbo Leones, re Lepores. Hæc errata quotidiè cernimus, & olim fuisse docet Thucydides. Dum securi sunt, fortes sententias pronunciant: dum in metu, in medio opere deficiunt. Hacque in re nihil periculosiùs Principe, qui cùm homo sit, damna, contumeliásque, more humano, id est, ægro animo,

mo, & ut excelsæ mentis videatur, iracundo fert. Consiliarius fidus sententiam, non pro affectu, sed salute Principis dicet. Irato enim Principi Consiliarius pacatus maximè necessarius est; nam consilium dabit, quale pacatus Princeps ipse probaret. Multi hac in re falluntur, cùm ad gratiam aucupandam, iræ Principis adulantur, quam mox Princeps ipse positurus est. Non enim semper eædem sunt voluntates Principum, ut monet Plinius: iratorum verò voluntates vanescunt celerrimè. Apud Euripidem aurea extant verba in Supplicibus:

Σφαλερὸν ἡγεμὼν δρασύς.

Lubrica res Princeps audax, seu jactator: cui si accedat subdolus adulator, qui in lubrico motum ciere norit, impetu omnia præcipitabit, & cùm omnia defecerint, ad stultorum fiduciam refugient, quæ est, ut spondeant sibi Fortunam: & sanè periculosi Consiliarii sunt, qui cùm in pace nil sustinere possunt, Bellum suadent. *Plutarchus Phocion. folio m.* 304.

III. Sed nihilominus, Bellum parandum est, maturè & in Pace. Conzen. *d. lib.* 10. *cap.* 14. *per tot.* Facilè namque, ut Plato alicubi scribit, eæ civitates ab exteris vincuntur, quæ prorsùs arma deseruerunt, séque totas otio (pacis certitudine freti) mancipárunt: abjecto omni rei Bellicæ exercitio, rerúmque militarium studio. Jura, judicia, Leges, Religio, omniúmque Rerum-publicarum opes & potentia, sub Militaris disciplinæ clypeo continentur. Bodinus. 5. *de Republ.* 5. *n.* 364. Danæ: *politicor.* 7. *c.* 1. Hipp. à Collib. *in Princ. c.* 11. Christophorus Forstner *hypomnemi pol.* 1. Nihil rerum mortalium, tàm instabile ac fluxum est, quàm fama potentiæ, non suâ vi nixæ. Militaris scientia efficit, ut aliæ virtutes, suis possessoribus sint fructuosæ. Dionysius Halicarnassæus. *lib.* 2. *num.* 3. *m. fol.* 137. Duo sunt, ait Polybius, *lib.* 6. quæ Rempublicam rectè gubernant: domi concordia, foris fortitudo. Probè Sulpicia, de statu Reipublicæ & temporibus Domitiani, inter opera Ausonii:

Duo sunt, quibus extulit ingens
Roma caput; virtus Belli, & sapientia Pacis:
Sed virtus agitata domi, & socialibus armis:
Deinde, velut stadio Victor, qui solus Achæo
Langueat, & immota secum virtute faceßit.

Non ignaviâ, magna Imperia continentur; sed virorum, Armorúmque faciendum est certamen. Tacitus 15. *Annal.* Populus quieti studens, tributarius ferè est. Genes. 49. *ver.* 15. Sícque Populus imperitans, ad Bellum se comparare, subjectæ Provinciæ à studiis bellicis prohibere debent. Hícque maximè locum habent versus Tyrtæi Poetæ, quos Pla-

Tractandis

to, 2. *de Legibus.* refert.

Tractandis quisquis non est accommodus armis,
Non si opibus superet cunctos, & plurima solus
Possideat Bona, Vir mihi nomine dignus abibit.

Hincque Charondas punivit, pro Patria pugnare recusantes, Diodor. Sicul. vid. Wesembec. *in parat. ff. de re milit.* Ad Regni Majestatem cõservandam, non tàm diadema aut sceptrum prodest, quàm ferrum. Auger. Busbeq. *consil. de re milit. fol. mihi 185. b.* Indéque etiam apud Æmilium Probum, Epaminondas Meneclidi: Fallis, inquit, verbo cives tuos, quòd hos à bello avocas. Otij enim nomine servitutem concilias; nam paritur Pax Bello. Itaque qui eâ diutinâ frui volunt, Bello exercitati esse debent. Quare si Principes Græciæ esse vultis, castris est vobis utendum, non Palæstrâ. Macer Tribunus Plebis, apud Sallustium: Neu nomina rerum, ad ignaviam mutantes, otium pro servitio appelletis. Et in tantum Milites in promptu esse, voluit Plato, ut *lib. 7. de legibus fo. mihi 566.* etiam Mulieres arma tractare debere, putet. Romanóque Imperio ruinam acceleravit, quòd sub Imperatoribus posterioribus, Milites numerato pretio vendebantur; qui ex Provincijs, per vices à Possessoribus præstabantur: *cùm jussissent, ut pro quoque Milite, aurei octogin-ta exigerentur.* Iulius Cæsar Bulengerus *de vectigal. cap. 46. in Analect.* Ita Minerva Athenienſium tutrix, polemica & politica simul adpellata fuit: ne bellica exercitia à pacis artibus sejũgerentur. Plutarch. *in Phocion.* Egregiè & prudenter, ut omnia, Sallustius, *d. conjur. Catilin. cap. 9. & seq.* Domi, militiæque boni mores colebantur; concordia maxima, minima avaritia erat: jus bonúmque apud eos, non legibus magis, quàm Naturâ, valebat. Iurgia, discordias, SIMULTATES cùm hostibus exercebant: Cives cùm civibus de virtute certabant. In supplicijs Deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Duabus his artibus, audaciâ in Bello, ubi Pax evenerat, æquitate; séque, Rémque publicam curabant. Quarum rerum ego maxima documenta hæc habeo; quòd in Bello sæpiùs vindicatum est in eos, qui contra Imperium in hostem pugnaverant, quique tardiùs revocati, prælio excesserant: quàm qui signa relinquere, aut pulsi loco cedere ausi erant, in Pace verò quòd beneficiis magis, quàm metu Imperium agitabant, & acceptâ injuriâ, ignoscere, quàm persequi, malebant. Sed ubi labore, atque justitiâ Respublica crevit; Reges magni Bello domiti, nationes feræ, & populi ingentes vi subacti; Carthago æmula Imperii Romani, à stirpe interiit: cuncta maria, terræque patebant, Fortuna sævire, ac miscere omnia cæpit

cepit. Qui labores, pericula, dubias atque asperas res facilè toleraverant, ijs otium, divitiæ optandæ aliis, oneri miseriæque fuêre. Igitur primò pecuniæ, deindè imperii cupido crevit: ea, quasi materies omnium malorum fuêre. Hâcque ratione interijt, Reipublicæ Romanæ libertas. Sic & pariter initium fuit Imperio Imperatorum, ut calamitatibus subderetur; quod Imper. Valens, Gothis terram tribuit Thraciarum, ac ita paratum se contra omnes Barbaros auxilium habere, arbitratus est: unde Milites deinceps negligebat, & eos qui pridem contra hostes laboraverant, contemnebat. Socrat. *in h. stor. Tripart. lib.* 8. *ca.* 13. Sanè jam olim Augustus, & Imperatores subsequentes, dum limites Imperii exercitibus firmant, & Legiones supplent, ex civibus Provincialibus, auxilia constituerunt; collecta ex sociis & subditis, & communiter ex omnibus nationibus, absque discrimine: instructis ita per hanc militiam Barbaris Populis, & veteribus hostibus Romanorum, in detrimentum publici status. Sícque in Tacito sub primis Imperatoribus habemus in Romano exercitu auxiliarios è Transrhenanis, Gallis, Britannis, Numidis, Lusitanis, Batavis, Thracibus, &c. Et sub posterioribus Imperatoribus, nulla expeditio in universo Imperio aliis, quàm Barbarorum manibus gerebatur: donec tandem Romani, ut æquum erat, cogerentur cedere Imperium ei, cui arma tradiderant. Theodosius, inquit Zosimus, in legiones adsumpsit Barbaros Transdanubianos. Et alibi: nullus ordo in exercitu, nec erat discrimen Romani à Barbaro, & de Gratiano: Alanos, quosdam perfugas receptos, numeris adscripsit. Synesius similiter æquior Christianis Principibus, *in Orat. de Regno ad Imper. Arcadium.* reprehendit nimiam facilitatem Theodosii, in recipiendis Barbaris in ditiones suas, regna & exercitus; qui alium fructum ex hac clementiâ non percepit, quàm injuriam ab illis ipsis, ideóque hinc sumptâ occasione, filium ejus Arcadium hortatur, ut legiones augeat, cordatiorque fiat, subsidio ex suo Populo sumpto, & Barbaris, rerò unde venerant, dimissis. Id autem perfacilè esse videtur, si numeri, augeantur, eisque alacritas & animus addatur, atque legiones domesticæ, & nostræ fiant &c. At vero non Christiani Imperatores primi fuerunt, qui veterem militiam corruperunt. Námque de Antonino Philosopho Capitolinus scribit: instante adhuc Pestilentiâ, & Deorum cultum diligentissimè restituit, & servos, quemadmodum Bello Punico factum fuerat, ad Militiam paravit; quos *Voluntarios*, exemplo Volonum appellavit. Armavit etiam gladiatores, quos *Obsequentes* vocitavit. Latrones etiam Dalmatiæ, atque Dardaniæ, Milites fecit. Armavit & Diocmitas: emit & Germanorum auxilia contra Germanos. Certè jam sub Tacito Imperatore, Milites Romani tales erant, apud quos

commenta

commenta plurimùm valerent, plærunque temulenti, & consiliorum semper expertes, Vopiscus, qui idem vocem Probi Imperatoris clarissimam judicat, cùm dixit: *Brevi necessarios Milites non futuros.* & addit, quæ deindè fœlicitas emicuisset, si sub illo Principe Milites nõ fuissent: Annonam Provincialibus daret nullus, stipendia de largitionibus nulla erogarentur: æternos Thesauros haberet Romana Respublica, nihil expenderetur à Principe, nihil à Possessore redderetur. Aureum profectò seculum promittebat, nulla futura erant Castra, nusquam lituus audiendus, arma non erant fabricanda: Populus iste militantium, qui nunc Bellis civilibus Rempublicam vexat, Pacis studijs incumberet, eruditetur artibus, navigaret: adde quod nullus occideretur in Bello. Sed hanc labem Constantino Zosimus, odio solius Christianæ Religionis ascribit. *m. fol. 689.* ubi ita scribit: Fecit & aliud quiddam Constantinus; quòd in ditionem Populi Romani liberum Barbaris aditum præbuit. Nam quum Imperium Romanum, extremis in limitibus ubique Diocletiani providentiâ, oppidis & Castellis atque Burgis inclusum esset, omnésque copiæ militares in ijs domicilium haberent: fieri non poterat, ut Barbari transirent, ubique copiis hostium repellendorum causâ occurrentibus. Hanc præsidiorum munitionem Constantinus abolens; majore Militũ partẽ, de limitibus submotã, in oppidis nullius opis egẽtibus, collocavit: à Barbaris vexatos præsidio nudavit: tranquillas & quietas urbes, militum peste gravavit; quâ jam complures ad solitudinem redactæ sunt: Milites ipsos, Theatris & voluptatibus addictos, emollivit; denique rerum hactenùs pereuntium internecioni principiũ & semina subministravit. Sic & invicti olim animi Gothi, universæ Hispaniæ imperitantes, quique Mauris in Africa Bellum inferebant, Francos à finibus repellebant; facilè pòst, propriis in sedibus suis, victi, Maurorúmque dominationi subditi fuerunt. Vnicum enim prælium, omnia Hispaniæ abstulit ornamenta; ibi Gothorum nomen extinctum, ibi præteriti temporis fama, ibi spes futuri deleta; Imperiúmque, quod trecentis ampliùs annis steterat, à feroci gente, & immani, compressum fuit. Nempè, cùm jam & otio diutino, mollis, ac minimè ad calamitates resistens eorum animus factus esset. Johann. Mariana. *lib. 6. de reb. Hispan. cap. 22. & seq.* Ita & Johann. Sarisberiensis, *lib. 6. policrat. cap. 6.* de suo tempore scribit: Nivicollini Brittones irruunt, & jam protendũt terminos suos, & egressi de cavernis suis, latebrisque sylvarum; plana occupant; nobilium procerum, videntibus ipsis, impugnant, expugnant & diruunt, aut sibi retinent munitiones: eò quòd juventus nostra,

Quæ tecto gaudet & umbris,

nata fruges consumere, in lucem dormiens, scortationi honesta postponens officia, totâ die insectans voluptatem; citharam, lyram, & tympanum, & vocem organi, in convivijs magis agnoscit, quàm lituum, auttubam in castris. Et addit porrò:

Nunc patimur longæ Pacis mala, sævior armis
Luxuria incubuit, victúmque ulciscitur orbem.

Quælibet ideò Respublica pacem optare; sed in summâ etiam Pacis tranquillitate, de mediis, se tempore necessitatis defendendi, cogitare debet: subitanea namque pericula, mentem & vires disturbant. Exemplum itidem Populi, qui per otium imbellis redditus fuit; præbere etiam Græci possunt: de quibus in Itinerario Benjamin Judæus (adhûc eorum Imperio vigente) ita scripsit: Comedunt & bibunt, unusquisque sub vite suâ, & sub ficulneâ suâ; conducúntque ex omnibus gentium linguis, quas illi barbaras vocant, milites ad pugnandũ cum Soldano Rege Filiorum Thogarma; qui Turcæ vulgò dicũtur: eò quòd ipsi propter otium, ac delitias imbelles, & ad prælia ignavi redditi sunt, visique Mihi fuêre mulieribus persimiles, impotentiâ quâdam delitiarum. Ut & de Palæologo Nicephorus, *lib. 6. 7. & 8.* scribit: Quòd is confusione ob schisma religionis causâ exercitatum, perturbatus, primariis suis non fidebat, quos, propter siniſtras quasdam suspiciones, à se dimiserat, eorum vice in Bello exterorum, (quos maximis impensis conduxerat) operâ utens. Promota etiam fuit potentia Turcarum, Constantini Gladiatoris prodigalitate, vecordiâ atque inertiâ; qui thesauris exhaustis, pecuniâ inutiliter consumptâ, tributa quoque liberis Provinciis imposuit, pro quorum solutione eas immunes reliquit, à præsidiariis alendis, qui Barbaros aditu Romanarum ditionum, ut anteà, prohiberent, & locorum angustias tuerentur: contentus vectigalibus, quæ in horum vicem iisdem imperaverat. Húncque in modum Asiâ Turcæ sunt potiti, citiúsque in Græciam pedem intulissent, nisi Christiani Principes maximis expeditionibus in Asiam susceptis, sub auspiciis Gothofredi Bullionei, furorem Saracenorum retudissent, & repressissent, ex Zonar. Traduccius, *in Turcâ vincibili fol. mihi* 203. de Lusitanorum Bellis, quæ cum Castellanis gesserunt, ita Conestagius, *lib.* 1. scribit: Ea licet non tàm utilia, quàm honorifica fuerint: non tamen parum ipsis hoc nomine profuisse, quòd perpetuum armorum studium fuerit in causa, ut non tantùm inter ipsos disciplina Militaris conservaretur, verùm etiam ne sese otio dederent, & voluptatibus; quæ sunt Regnorum hostes capitales. Sed verò iidem illi hostes, posteà Lusitanos iterùm invaserunt: & indè cum Antonius Nothus, Philippi

lippi II. Hiſpaniarum Regis, ſeſe opponeret Armis, copiæ illius ex meris Luſitanis, & turbâ collectitiâ conſtabant. Undè fiebat, ut nullas copias, formam aliquam Exercitus repræſentantes, ad manum haberet, niſi neceſſitate urgente. Agricolis enim & plebeis, qui non accipiebant ſtipendia, non erat integrum, agriculturâ & officinis deſertis, ſub pellibus vivere. Coneſtagius, *lib. quinto, fol. 293.* Indéque poſteà, in prælio ab Albano, cum Luſitanis commiſſo; numerus cæſorum non fuit magnus, propterea, quòd Luſitani tàm malè ſe defenderant. Veruntamen ex illis ad mille occubuerunt, & ex Albani militibus pauciores, quàm centum: adeò hebetia ſunt arma populi, quæ diuturno otio rubiginem contraxerunt: ut loquitur idem Coneſtagius, *libro ſeptimo folio 355.* Sícque Hiſpani Luſitanicum Regnum, ſpatio quinquaginta dierum, prorsùs eo modo, (ut ipſorum verbis utar) quo Regnum Cælorum adquiritur, occupârunt: nimirum comedendo panem, & bibendo aquam, & á rebus alienis abſtinendo. Hócque dicebant; quia ſolo buccellato vixerant, nec ullius loci, muris cincti, præda ipſis fuerat conceſſa. Coneſtag. *libro octavo folio 399.* Pariter Achæis nocuit, quòd defenſionem ſuam Macedonibus commiſerunt, ipſi otio & diſſolutionibus magnis ſeſe dediderunt, Plutarchus *in Arato, folio mihi nongenteſimo quinto.* Pertinent huc, quæ Achilles Traduccius, *in Turcæ vincibili, folio mihi ducenteſimo octuageſimo ſecundo & ſeq.* ſcribit: Natura videtur Germanos complexione, & corporis diſpoſitione, armorum & belli oneri perferendo, aptos procreâſſe; nec aliud ipſis deeſt, præter exercitium, quo ob diuturnam Pacem caruerunt, eóque deſtituti timidiores in proximis expeditionibus (Hungaricis) extiterunt. Siquidem nemo eâ fortitudine naturâ dotatus eſt, ut primo hoſtium impetu (niſi irâ ſit commotus) animum non dimittat: verùm ubi aliquoties ad manus cum eo fuit deventum, & pugnandi modum didicit, abjecto omni timore, ipſe promptè in aciem deſcendit. Ejus rei exemplum in Italis viſum fuit: qui ad Hydruntem, licèt Bello aſſueti, ne aſpectum quidem hoſtium ferre potuerunt; perciti novi hoſtis famâ & timore: tùm quod novam pugnandi formam priùs non fuerant experti, adeò fuerunt perterriti, ut non dubitarint ex Ungariâ copias quasdam evocare, qui Turcis reſiſtere ſcirent. Sanè uſus atque neceſſitas, plurimùm ad inſtruendas Milites in bellicâ diſciplinâ conducunt: vidimus (ait ibidem Traduccius) in his ipſis Regionibus, veteres Germanorum Legiones, fortiſſimè ſeſe in Bello gerere, & exiguo Militum numero, nõ modò hoſtem non fu-

gere, vel detrectare prælium; sed ipsum quoque ad pugnam quærere, provocare atque insectari. Hincque non solùm Turcæ cavent, ne cum uno populo diù bellum gerant, illúmque ad pugnandum exercitatum reddant: sed & jam olim Lycurgus præcepit, intuitu eodem, ne contra unum hostem bis pugnetur. Plutarch. *Lycurg. fol. m. 89. & Agesil. fol. 32. tom. 2.*

CAP. II.

De Militibus (& an Domesticus, vel extraneus magis sit optandus:) Ac item de Ducibus Belli.

VIs Belli in exercitu, seu Militibus & armis consistit, Tesoro polit. *part. 2. cap. 10. à princ.* Exercitus ipso nomine, exercitatos & præparatos requirit, Scipio Amirato, *lib. 20. discors. 2.* Respublica idcircò quælibet, tempore pacis, subditos in toto Regno, aptos & idoneos ad Bellum seligat, exerceat, qui incidente necessitate manu expediti, prõpti & semper parati sint, ad vim quamvis illatam, armis propulsandam. Althus. *polit. cap. 34. fol. 559.* Lipsius *lib. 5. polit. 9.* Ita ut Milites sint eligendi, non emendi: quod dictum Galbæ, Plutarch. *in vitâ* refert. Exercitatio ejusmodi scientiam parit; scientia dimicandi audaciam nutrit: nemo enim facere metuit, quod se benè didicisse confidit. Caspar. Facius, *axiomat bellico 31.* adde Renat. de Lusinga, *de increm. Imper. c. 4. & 5.* Exercitata paucitas, ad victoriam promptior est, quàm rudis multitudo. Facius, *axiomat. 58.* Qui pace diutinâ frui volunt, Bello sint exercitati. Facius, *axiom. 90.* Respublica, quæ Cives pro Patriâ qui pugnent, semper habet paratos, vigilantes & exercitatos; hocce præsidio quasi muris cincta & firmata, exterorum vicinorúmque metum contemnet, & hostium animos, ab inferendis periculis avertet. Hócque Lacedæmonii innuere voluerunt; qui corpora sua, muros Laconicos vocabant. Sed & hîc Philosophica exercitatio, necessária cum primis videtur: nempe ut discant etiam ipsæ matres, mori pro Patriâ dulce esse, ut de Byzantinæ cujusdam fortitudine refert Marullus *lib. 2. Epigramm.*

Senserat exanimem mater Byzantia natum,
Fortè facit patriis dum sua sacra Deis:
Mox nec scissa comam Mater, nec territa casu

Fœmina,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [14] - 12

Fœmina, fortunâ celsior ipsa suâ:
Nate, ait, egregium Patriæ per sæcula nomen,
Quàm non degeneri funere nate jaces!
Agnosco quæ sæpè mihi promittere suetus,
Oraque adhuc hosti penè tremenda tuo.
Nunc demum periisse juvat, dolor omnis abesto:
Nunquam ego te nato non benè Mater ero.

Subditi sunt assue faciendi, ut libenter pro Patriâ moriantur: quod fit, si Rempublicam ejúsque formam ament; nec ab hoste & victore, vel æqualem, vel etiam tolerabilem magis sperent conditionem. Cujus moniti neglectio, ut non uno loco Salvianus attestatur, Barbaris Romani Imperii eversionem facillimam effecit.

II. Invicta Respublica est, ubi homines, non studio subitario rem militarem tractant; sed Lacedæmoniorum more, reapse bellicorum operum artifices sunt. Inibi ex instituto Lycurgi, primùm Ephori, annos ætatis indicant publicè; quibus in Militiam, tum equitibus, tùm peditibus armatis, atque etiam opificibus eundum sit. Itidem quibuscunq; machinis, & instrumẽtis, exercitui cõmuniter opus est, ea partim plaustris suppeditata vi mãdabatur, partim jumentorũ subvectione. Evocati, in certas cohortes distribuebãtur; cohors quælibet Polemarchũ habebat unũ, Centuriones quattuor, quinqua genũ Præfectos octo, manipulorũ Duces sedecim. Ex his verò cohortibus, ubi sic imperabatur, nonnunquã Milites per manipulos disponebãtur; nonnunquã in ternos, nonnunquã in senos. Non ibi facilè ullus poterat errare; nam alijs præcedendi munus datum erat, alijs imperatum, ut sequantur. Ordinum verò promotiones, tanquam à præcone, manipularis præfecti verbis indicabantur: fiebantque phalanges, tùm rariores, tùm densiores. Et item acies hæc, etiamsi fuisset turbata, cùm obvio tamen similiter poterat dimicare. Hácque ratione, facillima erant ea Lacedæmoniis factu, quæ vel gladiatoribus esse perdifficilia videbantur: vid. Xenophont. *lib. d. Republ. Lacedæm.* Machiavell. 1. *de Republ. cap.* 21. Et morem hunc, imitantur nunc, Principes ac Respublicæ eæ; ubi cives in certas legiones distribuuntur, ut militaria exercitia addiscant. *Queste sono le proprie forze, & l'invicibile & santa ordinanza de Legionarii, eletti, scritti, intrattenuti, privilegiati, & essercitati nell' armi; come bisogne, & non come ciascuno si pensa forse saper fare.* latè ac pulchrè Gabriel Simeonis *in l'illustrat. de gli Epitaffi, & medaglie. fol. m.* 122. *&c.* Fecerunt hoc Veneti jam olim, de quorum Legionibus, ita Bembus, *histor. Venet. lib.* 7. Quod rumor increbuerat, Maxæmilianum in Italiam cogitare; ne Respublica ad ejusmodi casus incomparatior offendi posset; Senatusconsultum

sultum factum est, in Veronensium finibus, eorum qui arma ferre possent, certus agrestium numerus conscriberetur, qui rei Militari assuefierent : iisque immunitas reliquarum rerum daretur, quo paratiores ad obeunda belli munera essent ; & cum vocarentur ad signa, è vestigio convenirent. Ea militum ex agris deinceps institutio, ad reliquos Reipublicæ fines, ut est usus omnium rerum Magister, brevi promanavit : itaque nunc quidem cujusque oppidi, vici, pagique, partem habent suorum, qui ei rei studeant, ut armati paratique sint, nullo ut inter posito temporis spacio, ad bellum prodire, Reique publicæ celerem navare operam possint, hósque omnes Milites pro ordinibus adpellaverunt. Huic item consilio, in præparationibus Militaribus subditorum, locum dant & hodie quoque, quàm plurimi in Germaniâ Principes: eóque nomine commendatur Mauritius Hassiæ Princeps, à Waremundo, *primo de fœder. capite primo, numero centesimo decimo nono &c.* facit hoc idem hodie Magnus Hetruriæ Dux, Thesoro polit. 1. *relat. di Fiorenza. fol.* 278. Et olim fecit Franciscus Primus. Pierre Matthieu, *libro primo, narrat. quintâ numero tertio, mihi fol.* 154. & du Bellay, *passim, præsertim mihi fol.* 416. *libri quarti.* Fit certe quævis gens in Europâ, idonea ad Bellum, & apta ad pugnam ex institutione & usu : ut ex Vegetio refert Lipsius *capite decimo, libri quinti polit.* Nulla vicissim est gens, quæ non otio torpescat, & imbellis reddatur. Viri Bellicosi, non apud Eurotam tantùm nascuntur ; sed ubicunque juvenes existunt, qui magis ignominiam, quàm pericula timent. Facius *axiomat. bellico.* 19. vide egregium hujus conclusionis documentum apud Busbequium. *consil. de re militar. contr. Turc. instit. fol. mihi* 182. quod & Ego refero, *in dissertat. de nat. populor. numero decimo.* Sic & in Asia Cairi delitiæ, & aëris temperies, homines molles & effœminatos producere solet. Extiterunt tamen plurimi ejus Regionis incolæ, qui Mamuluchorum exercitui sese junxerunt, & diuturno belli exercitio tam strenui evaserunt, ut cum ipsis janizaris congredi, & manus conserere fuerint ausi. Bohemorum Equitatus, malè apud quosdam audit: & tamen Rex Matthias, in Moraviam quondam delegaverat Equitum quasdam turmas, ut hyeme atque æstate ibidem militarent ; quæ propter faciei nigredinem atræ legiones fuerunt vocatæ: har ũvirtus adeò claruit ; ut siquando una earum in exercitu numeroso militabat, omnibus formidabilis existeret, & reliquis copijs authoritatem conferebat. Achill. Traducc. *in Turcâ vincibili fol. m.* 283. Idem in Moravia Equitum conductitiorum ordinem instituit, qui in hyeme excubabant in Castris, undè in æstate strenuissimè sese contra hostem gerebant. Exercitium dubio procul fortiores producit milites, quàm ipsa Natura;

qui

qui & calorem exceſſivum, & frigus aſperrimum, & omnem militarem auſteritatem perferre poſſunt. Traduccius, *fol.* 314.

III. Olim talium Militum ſemper paratorum loco, Nobiles erant; quibus ideò feuda dabantur: hâcque ratione Principum quondam potentia, in multitudine Vaſallorum conſiſtebat. Indéque Principes etjam non divites, magna olim bella gerebant, magnúmque Equitum numerum habebant, quem nec Rex hodiè comparare facilè poſſet. Hùc que pertinent, quæ Laurent. Grimelius, *de optimo Senatore*, ſcribit; ubi ita alloquitur Polonicam Nobilitatem. *fol. m.* 70. Scis damis, urſis, apris, leporibus inſidias tendere, canes ad feram prehendendam inſtruere: cur non eodem modo caſtra metari, ducere exercitum, vincere hoſtem? hoc ſi neſcis, atque tantummodò ventrem curas, in ſylvis belligeras, vicini rebus vitæque retia tendis, vitam ſeditioſam, ignobilem, otioſam traducis: certè ego te non Militem, ſed inertem, non Nobilem, ſed mobilem Civem appellabo: quin etiam te vitam nobilitate, perſonâque tuâ indignam agentem, uti ſervum condemnabo. Bellum eſt? pro Patriâ igitur hoc ſuſcipiendum, properandúmque, ne mora ſit in culpa; ac priùs, quàm ſtipendium in rationem conferas, hoſtis prædâ onuſtus fugiat, tuámque Reſpublica fruſtrà imploret opem; hanc maturè defendere, quàm cunctando perdere præſtat. Stipendia non ſunt, quid tùm? emptús ne patriæ defenſor es, an non potius datus? quæ tibi vitam, quæ gloriam, quæ divitias, quæ omnia dedit, hoc unum grati officii munus à te expetit, ut eam chariſſimam omnium rerum habeas, ejúſque ſalutem Miles fidelis & voluntarius, non verò emptus defendas. Abſit enim, ut pecuniis nobilitatam eſſe putes virtutem tuam, & avaritiæ pecuniæque, non Patriæ Miles dicaris. In Pace Militis officium eſſe puta, arma ſcire tractare, bello dignum ſe præſtare, vitâ cæteris cum Civibus æquali, juſtáque frui, nec eorum otioſæ dignitati, armis nocere. Admodùm politicum eſt Ariſtotelis præceptum: *libro ſeptimo politic. capite nono.* Iiſdem, quibus Reſpublica committitur, arma etiam eſſe concedenda. Ita Romæ, ante Marii tempora, pauperes & ſervi non militabant. Plutarch. *Mario.* Sic & olim Nobiles tantùm in Franco-gallià militabant, ac feuda militaria habebant. Girard. *libro quarto, folio mihi trecenteſimo ſeptuageſimo tertio & ſequenti, tomi primi.* In Galliis, quæ Militia fuerit, tempore Cominæi, docet ille *libro tertio capite tertio, folio mihi ducenteſimo ſecundo*, & is, idem, Milites à *Solde*, qui quaſi ſtationarii aut prætoriani erant, improbare videtur. Certè antè Ludovicum XI. perpetuus exercitus, conſiſtebat *en Franc Archiers*, Eſtienne Paſquier, *lib. 2. de recherch. cap. 13. fol.* 219. Girard. *tom. 2. fol. m.* 971.

In

In Galliâ olim Legiones institutæ, & iterùm abolitæ fuerunt; metu potentum; qui eâ ratione, ut ne à plebe opprimerentur, metuebant. Pulchrè Author thesauri polit. *tom. 2. fol. m. 176. & seq. relat. di Francia.* adde Richter. *axiomat. histor. 106.* At qui sibi à suis metuit, eósque ideò torpescere otio sinit, vicinorum injuriæ expositus est; neque potens vel prudens dici meretur.

IV. De origine Militum Germanorum, quos nunc Landtsknecht vocitamus; ita scribit Pontus Heuterus, *lib. 7. fol. m. 341.* Ante Cæsaris Maxæmiliani tempus, Germani peditis nullus erat exteris usus; sed urgente Bello, Principes ac Reipublicæ, Pedite oppidis ac agris excito, utebantur: quia exiguâ, aut aliquando nullâ mercede militabant; confectóque Bello positis armis domum redibant: eadem fermè ratione, quâ hodiè Helvetii suam tuentur libertatem. Tandem longâ pace quæsitis opibus, oblitísque armorum peditibus; belli tempore, tympani sono, tàm in Germaniâ, quam alibi colligi cœpêre: qui cum è fece plebis coirent, ab Anno Christi 1430. usque in Annum 1490. partâ Pace, grassatores facti, servatis armis, de provinciâ in provinciam, more locustarum, vagabantur: omnia depascentes ac depopulantes, ac, quod magnâ subinde manu errarent, Principibus ac Civitatibus formidinem injicientes; adeò ut partim contra hos grassatores, partim contra Nobiles ex Arcibus itinera infestantes, Suevicum fœdus, Norimbergæ, Anno 1489. suadente Cæsare Maximiliano, initum sit. De iisdem, solitâ suâ libertate utens ita scribit Sebastianus Franck, in der Päbst vnnd Keyser Chronick / sub Maximiliano I. *fol. m. 217.* Zu dieses Keysers Zeit / seindt auch die Landsknecht / das Niemand nutz Volck auffkommen / daß vngefordert / vngesucht vmbläufft / Krieg vnd vnglück sucht vnd nachlaufft (dann die Vnderthanen / die auß Noth der gehorsamb von jhren Herren zum Krieg auffgefordert / vnnd so sie den vollenden / wider nider sitzen an jhr Arbeit / heissen vil nicht Landtsknecht / sonder Soldner vnd gehorsamb Kriegsleut:) Aber das vnchristlich verloren Volck / deren Handtwerck ist / Hawen / Stechen / Rauben / Brennen / Morden / Spielen / Sauffen / Huren / Gottslästern / freywillig Witwen vnd Waisen zumachen / ja daß sie nicht / dann ander Leut vnglück frewet / mit jedermanns schaden nähret / vñ ausserhalb vñ innerhalb deß Kriegs / auff den Bawren ligt / garten / schinden vnd schetzen / vnd nicht allein jederman / sonder auch jhnen selbst nicht nutz ist: kan ich mit keinem schein entschuldigen / daß sie nicht aller Welt Plag vnd Pestilentz seyen. Vor zeiten so sich jemandts Krieg gebraucht / als bey den Römern / so stunden sie von jhrer ehrlichen Arbeit gefordert auff vnd kriegten / mit jhrem solde benügig / nach vollendtem Krieg / sassen sie wider an jhr Ehrlich handthierung

thierung nider/vnnd werckten mit jhren händen wider. Jetz ist es leyder/ inn disen letsten Zeiten dahin kommen/ daß ein jeder Landsknecht sich stelt/ als hab er ein eyd geschworen/ so bald er ein mal ein spieß auff die Achsel nehme/ so wölle er sein tag kein Arbeit nimmermehr thun. Also muß man nuhn diese fürthin ewig als Herren/ nicht allein müssig nähren/ sondern ausserhalb vnnd innerhalb deß Kriegs/ mit jedermans schaden in allem Pracht erhalten/ deß billich jederman weinen sollt/ wañ ein Handwercksmann von seinem Stuel/ oder Ackergebew zum Krieg auffstund/ weil die Welt nun für vnd für/ ein vnnützen müssigänger an jhm haben muß/ die schier jedermann ausser vnd inner deß Kriegs/ gewalt anlegen. Fürsten vnd Herren solten diß vnendtlich Volck zur arbeit treiben/ oder deß Landts verweisen/ damit sie zu der Arbeit getrieben/ jhres Kriegs antreibens auffhörten/ vnd jhr eygen Brot essen. Dann es ist durch Banck hindurch/ in allweg vnd allzeit ein böß vnnütz Volck. Ist es inn Krieg/ so ist vnder Tausend kaum einer an seinem Sold benügig/ sonder wie gesagt/ stechen/ Hawen/ Gottslästern/ Huren/ Spielen/ Mörden/ Brennen/ Rauben/ Wittwen vnnd Wäisen machen/ ist jhr gemein Handtwerck vnd höchste kurtzweil/ wer hierinn kühn vnd keck ist/ der ist der best/ vnnd ein freyer Landsknecht: der muß fornen daran/ vnd ist würdig/ daß er ein Doppelsoldner seye: Also ist der böst vnder jhnen der best. Wer nicht zugreiffen vnd martern kan/ der taugt nit. Kommen sie dann nach dem Krieg mit dem Blutgelt vnd Schweiß der Armen heimb/ so machen sie ander Leuth mit jhnen Werckloß/ spatzieren müssig in der Statt Creutzweiß vmb/ mit jedermans ärgernuß/ vnd seind niemandt nicht nutz/ dann den Würthen (seindt sie auch anders diesen nutz) vnnd stellen sich als seye jhnen gebotten/ sie sollen eylendt wider verderben. Die andern/ denen die beuth nicht gerathen ist/ lauffen draussen auff der garth vmb/ daß zu Teutsch betteln heißt/ deß sich ein frommer Heyd/ will geschweigen Christ/ in sein hertz hinein schämet/ ein solchen starcken balg auff jhnen haben/ vnd selb wol arbeiten/ vnd ein gut handwerck können/ vnd sich also auff den armen gemeinen Arbeitsamen Mañ legen/ vnd seinen Blutsawren schweiß abfressen. Es were dann so grosse noth in kriegen/ daß die noth den angriff vnd vberlast entschuldiget. Aber bey den freunden in der Zeit deß Friedes/ wiewol es jhnen anstehe/ wolt Gott/ daß sie es erkennten/ vñ bedächten. Es hat sich aber diß Volck vermöcht in der gemein/ daß es sich keiner boßheit schämet/ sonder gerüñt will sein/ vnd bey dem mann durchauß das gegentheil eines Christẽ sind/ wiewol man jetz gute Christen auß jhnen machen will vnd sie jnen selbs den Nammen geben haben/ daß man sie fromme Landsknecht nennen muß. Die andern denen die Beuth gerathen ist/ sitzen in Würtshäusern/

schlemmen vnd demmen/ biß sie kein Pfenning mehr haben/ laden gäst/ sagen von grossen streichen/ was sie sich vnder den Bawren erlitten haben/ vnd bringen also die andern auch von jhrer arbeit auff/ zu dem müssiggäg/ bringens einander auff ein zukünfftigen Krieg/ vnd verführt einer den andern/ daß die Welt voll Krieger vñ müssigänger wirdt. Darnach/ so die Beuth hindurch ist/ da hüten sich die armen Bawren/ die müssen sich leyden vnd herheben/ da fahen sie an zu garten/ Terminiren vnd zu Teutsch Bettlen/ vnd sich auff die armen Leut strecken/ biß wider ein gut geschrey kompt/ darab jederman erschrickt/ deñ sie allein nit. Darumb ist anderer Leuth vnglück jhr höchstes glück/ wie sie achten vñ doch nicht ist: dann sie nicht allein vmb so ein schnöd geldt/ Leib vnd Leben in die schantz schlagen/ sonder auch/ wie zubesorgen ist/ jhre seelen verlieren/ das kläglich zubeweinen ist/ wo sie gleich die gantz Welt mit Kriegen gewonnen. Ich geschweig hie deß härten Ordens/ den sie vmbs Teuffels Willen/ als Märterer (aber nit Gotts) haben. Ich geschweyg auch hie die verkürtzung deß Lebens: dann man selten einen alten Landsknecht findet: Auch fragen sie gar nach keiner Gerechtigkeit/ wann der Teuffel Sold außschrieb/ so steugt vnd schnewet es zu/ wie die Fliegen in dē Sommer: daß sich doch jemand zu todt verwundern möchte/ wa diser schwarm nur aller herkäm/ vnd sich den Winter erhalten hett. Vnd zwar so ein Elendt Volck/ daß man sich jhres glücks/ verderbens vnd Lebens/ billich mehr erbarmen/ dann meyden sollt. Das seindt je/ mein ich/ frey öchtig fein Christen/ thue ich jhnen anders nicht vnrecht. Darumb nicht vnbillig jemandt wunder nemen solt/ wie es doch ertragen möcht. Wir dörffen vns bey disem sauffen/ müssiggang/ Pracht/ vnd vnnützen händlen so vieler/ nicht wundern/ daß es Thewer ist/ vnd kein Gelt im Landt/ wir solten Gottes Wunderwerck preysen/ der die fünff Brot also segnet/ dz wir darvon noch all essen/ werees doch bey so viel Hewschreckē/ die nit bawen/ sonder allein die frucht abätzen/ vnmüglich. Vor zeiten/ ehe diß vnnütz Volck (das sein Leben so vmb ein schnöd geldt/ vngenöth/ vngefordert/ ohn gehorsam/ ohn auffgebotten/ feil trägt) auffkam/ kriget ein jeder Fürst allein/ mit seinem eygnen Volck/ so er anstöß hett/ oder bat etwan ein Fürstē vnnd Herren/ der jhm Volck auß seiner Landtschafft lyhe/ als dann gebott derselbig Fürst disem seinem Freundt zuhilff/ seinem Volck auff/ wer ziehen solt. Da lieffen sie nit also selbs/ wie die Huren auff ein Kirchweih/ vngefordert zu/ vnd von diesen Kriegsleuthen redt Johann. Luc. 3. Als da waren dazumal die Soldner/ Trabanten/ Hoffleuth/ die zu schutz deß Landts/ für vnd für sold hetten/ vnd nicht die von disem verlornen Hauffen/ der selbst zuleuffet/ vmb krieg bittet/ vnd sich vnd jhr Leben/ selber feil bieten. Da waren feine schlechte Krieg/ vnd giengen liederlich ab vnnd an/ jetz so man diß vnnütz Volck also feil findt/ gehet es

nun

nun mit vil tausendt zu/will ein jeder vber den andern mit der viele vnd stärcke der rüstung sein / vnd kost ein Krieg jetz wol mehr/ biß man anfahet/vnd mit diesem gesindt hinauß rüstet/als dort biß man vollendet. Es ist ein gemein sprichwort/wann der Dieb nicht wußt/mit dem Diebstall wohin / so bleib offt stelln vermitten. Also wann diß Volck nicht wäre/ so wären viel geringer Krieg/ vnd müßte offt ein Fürst mit so vil hundert kriegen / als jetzt mit tausendt/ vnd solte dannoch mehr außrichtē. Daß dieses Volck vnd schadenfro hencket immer eins ans ander / daß sich der Krieg verlängere/ vnd einreisse. Vnd wär im Leyd / daß es recht zugieng/ vnnd Fried würde/damit erschöpfft man daß gantz Lande/daß schier kein Fürst / noch Bawr kein geldt mehr hat / vnd die Fürsten jetzt nicht ohn grossen nachtheil ihres Landts/in ein Krieg hinauß rüsten mögen. Dacumb ist das Volck in allweg kein nutz/ weder Gott noch der Welt / auch jhnen selber nicht/Gott woll/daß sie es erkennen vnnd abstehen/ oder daß es doch Fürsten vnd Herren mit jhrem grossen schaden sehen oder empfinden/vnd also das vbel abtreiben / vnd in bessere ordnung verwenden. Aber ich besorg / mein Wunsch seye vergebens/ dann die finsternuß muß solche Leuth haben/ein solche näst/solch Vögel. Dann die Welt die kein Liecht kan leyden/muß durchauß solche Leuth haben. Gott helff vns. Amē. Cōsimilia verò Lutherus habet, *in* tractatu, ob Kriegsleuth auch im seeligen Stand sein können. *Tom. Ienens. 3. fol. m. 315.* Vetus ergò belligerandi ratio, quàm & hodiè Helvetii obſervant, Stumpff. *hiſtor. Helvet. lib. 4. cap. 6.* & Bavariæ ſereniſſimus Elector reducere ſatagit, adhuc melior mihi videtur : ſi nempe civium maior pars ad bellum apta ſit ; nec ita paſſim exteris inſerviant , & anima ſimul atque corpus eorum venalia proſtent: ac etiam non conſultum eſſe videtur permittere, ut exterus Princeps, in noſtro territorio Milites conducat, oder vmbſchlage/ut nos loqui ſolemus, vel ut noſtri peregrinam militiam ſequantur, Calderini *diſcurs.* 13. Nolim itaque Milites ſingularem conſtituere civium ordinem: **Man ſoll auß dem Soldaten Leben kein Handtwerck machen.** Viróque bono militiam pro arte non habendam eſſe, docet Machiavell. *l. 1. de art. mil. à princ.* Tunc enim à bellis quiescere Reſpublica nequit : tales namque tempore Pacis, non aliud pretium habent, quàm in æſtate fornaces. Quod fuit apophthegmata Conſalvi : *que los Capitas ò Soldados, quando non avia guerra, eran como chimineas en elverano.* Floreſt. Eſpagn. *part. 2. ca. 3. nu. 2.* Hinc noſtro ſeculo non Imperium magnum, producere poſſunt diuturna bella, & ſi ea ceſſant, omnia itinera ſunt intuta. Idque etiam tempore bellorum, quæ Angli in Gallis geſſerunt, accidiſſe, Froiſſart ſcribit, præſertim *ca.* 217. ubi hujuſmodi militum ocioſorum causâ, Rex Angliæ nō deſiderat pacem, ne Milites in Angliam redire cogantur. Et etiam dict. *ca.* 217.

cõsultatio operosa instituitur, quomodo liberari talibus Respublica queat: *Pour faire hors du Royaume, toutes manieres de gens d'armes, nommez compagnes, qui pilloient & deroboiẽt sans null tiltre de raison son royaume.* Proissart dict. loc. (& de hujusmodi compagniis, latè item in præcedentibus capitib. agitur) adi quoque *cap.* 230. *De licence, des longues guerres*, tractat etiam Girard. *tom.* 2. *fol. m.* 431. De iniquitate item Militum, multa habet oneris Ecclesiæ auctor. *cap.* 26. ubi formam, quæ debeat teneri in creandis Militibus, Brigittæ revelatam proponit. Quod Miles debet promittere, se defensurum fidem Ecclesiæ, & ejus Prælatis obedire in omnibus, quæ ad Deum spectant: neque parcere vitæ suæ pro fide & Ecclesia Dei: ut inimicos Dei deprimat, amicos Dei defendat: ut viduis & orphanis tribuat auxilium, & ut honorem Dei in omnibus augmentet: sic veniret ad veræ Militiæ cultum per humilitatẽ. Sed hodiè per superbiam, à vera professione militiæ excessum est: nam Milites modo contemnunt Deum, eligentes toto affectu carnem suam dare & lacerare, pro laude hominum: sanguinem fundere pro expletione cupiditatis suæ: libenter mori ad mundana ac diabolica & inania verba. Quocirca Apostolus exhortatur Milites, ut nemini dent ullam offensionem, sed in omnibus exhibeant se Dei ministros, per arma justitiæ à dextris & à sinistris. Vndè rursus de Militibus Brigitta inquit: Milites Christi arma portantes, deberent esse parati dare vitam pro justitia, & effundere sanguinem propter fidem sanctam, indigentes promovendo ad justitiam, malósque deprimere & humiliare: prout prisci armigeri arma sumpserunt ad ultionem Ecclesiæ & fidei, ac ad expugnationẽ inimicorum Dei. Sed nunc aversi sunt: placet quippe eis magis mori in bello pro superbiâ, cupiditate & invidia, juxta diabolicas suggestiones: quàm secundum mandata Dei vivere. Et paulò post: Miles projecit clypeum fidei, quando magis sequi voluit voluntatem propriam, quàm Dei: quando plus dilexit creaturam, quàm Creatorem. Quasi dicat: Non timeo neque curo de defensione Dei: ex industria enim & nobilitate, meum est quod habeo: & sic diabolus eum | regit ad mundi appetitum. Et mox: Non est vita austerior, quàm vita Militaris, in suâ verâ institutione staret. Militia enim Christianitatis, non est incepta propter mundi possessionem & cupiditatem, sed ad confortandam veritatem, & dilatandam veram fidem. Sed omnes gradus à sua laudabili dispositione apostata verunt: quia charitas Dei versa est in cupiditatem Mundi. Sequitur in Brigitta: Inter oẽs vero status Laicorũ, Milites plus aliis apostata verunt: audent enim resistere Regi gloriæ, qui defendere deberent fidem Ecclesiæ: laborant pro commodo Dominorum secularium,

rium, qui deberent supprimere inimicos Dei. Item, reddere deberent humiliter, quæ aliis rapuerunt crudeliter: tenentur quoque satisfacere injuriam passis; quod minimè faciunt: quin imò curam omnem apponunt, quomodo possint à mundo honorari, divitias acquirere, voluntatem suam perficere, & progeniem suam dilatare: Nihil curantes de his quæ ad Deum spectant.

V. Turcarum Imperator, quinquies centena hominum millia, faciliùs in aciem producere, & ducentarum triremium classem parare potest; quàm alius Princeps, millia centena. Sanè ut Petrus Bellonus, *lib. 3. observ. cap. 18.* notat: illorum consuetudo, pacis tempore observata, docet; tantum hominum cœtum, etiam in bello vivere posse; atque tam facilè esse Turcico Imperatori, decies centena hominum millia, in bellum ducere, quàm alicui Principi Christiano, millia quinquaginta. Illorum vivendi ratio, tempore Pacis, adeò rigida est, ut nobis grave bellum sit apparitura: at illos qui à teneris huic vitæ assuefacti sunt, non magis afficit, quàm nos in delitiis viventes, nostra. Qui supra plumeos lectus decumbere, singulis diebus sorbitiunculam calidam sumere, selectiúsque vinum bibere consueverunt; statim animum desponderent, si à solitâ vivendi ratione abstraherentur; atque maximo tædio afficerentur, si suas possessiones semel in animo non perlustrarent; vel triennio aut quadriennio à suis parentibus abessent, aut de ipsis nihil intelligerent. Sed hæc omnia Turcæ non curant: quoniam austerius adhuc domi vivunt, quàm in bello. Peregrino Milite non utitur Turca, sed his solummodo, quos tempore Pacis suo stipendio alit: omnes itaque dicto obedientes cum sint, belli labores & molestias patienter ferunt, etiam magis quàm legionarij Milites Romani solebant. Turcarum Imperator, contrario Principum Christianorum more, ingentem quæstum facit belli tempore: nam annonam ipse vendit. Turcicus Miles sibi equum comparare nō verebitur quinquaginta ducatis, etiamsi nullum aliud peculium haberet: nam illum donec ipse vivet, sibi inservire posse existimat: cum etiam equos viginti, & viginti quinque annis conservare soleant; licet ipsi & eorum equi, pace & bello, humi nullo substrato stramine jacere soleant; equi autem neque è præsepio, neque ex fœnili unquam edant. Turcicorum Militum opes, nec fundi sunt, nec ædes, sed solæ pecuniæ: nam si fundum aliquem emerent; ab eorum morte, Turcarum Imperatori cederet; quà de causâ rarò etiam ædificant. Quocunque proficiscuntur, eandem æneam ollam, & scutellam circumferunt, quâ Pacis tempore utebantur; eademque ratione omnis reliqua supellex, & domi & foris usui illis est: relictarum rerum nullo mœrore afficiuntur; quandoquidem

omnia circumferunt, uti & ignarium. Potus, aqua est, Cibus, allia, & cepæ. Quid ergò deterius in bello ipsis accidere queat, quam domi? In summa, fuâ rusticitate, tantum nos in bello superant, quantum ipsi deliciis, & nobilitate à nobis in Pace superantur. Haud ullus negare ausit, Galliam hodie incolis frequentem esse magis, quàm olim fuit ante Salvatoris nostri nativitatem: & nihilominus tum, Italiam, Græciam, aliásque longe dissitas regiones armis sollicitavit, domique invicta erat: nunc cum bellum pro defensione gerendum est, peregrino milite cogitur uti. Causam hujus rei, moribus, politicæque rationi adscribit Loys Guyon, sieur de la Nauche, *tom. 1. des diverses Lecons lib. 5. cap. 7.* cum nempè ad minimum quarta populi Gallicani pars, ob religionis professionem, non possit; cæteri, vel ex vitæ otiosæ instituto, nolint militare: vel licet abeant in bellum, ob delicias & luxum nequeant diu victum habere. Quæ omnia aliter erant, cum Celtarum nomen, Europæ omni terribile quondam fuit. Addo quæ habet Guilielmus Postellus, *tract. de Magistratib. Athenienſium cap. 18.* Quantum juvet vini usu in exercitu carere, satis reipsa ostendit Turca; qui magna quidam illâ multitudine, sobricâ tamen, vini usu pœna capitis in exercitu destitutâ, Græcos tàm egregios potores, (ut Proverbium pergræcandi hinc sit natum.) Macedonas, Thraces, Dacos, Mysios, Pannones, Iuhros seu Hungaros, Dalmatas, Gepidas, atque adeò ipsos Germanos etiam vino armorum peritiam jungentes, nostrosque Gallos docet rem bellicam infelicius inter pocula, fœminásque tractari atque delitias, quàm in tenui mediocritate, vitâque abstemiâ. Nostri Thrasones inter pocula, Venerem, rusticos, singuli decem illius viros unico congressu, ne dicam victu, conficiunt verbis; & interim ille seriò reque ipsâ de nobis, aris, focis, liberis, conjugibúsque triumphat. Sed vero jamdiu est, quod robur Turcici exercitus decrevit, quâ de re ita Soranzius, *in Ottomanno, cap. 25.* ita scribit: Notandum est exercitum Turcicum, & qui primo intuitu immensus apparet, famâ potius & opinione hominum, quàm reverâ, tam magnum & validum esse. Militum enim perspectæ fortitudinis & experientiæ, maxima est raritas: qui mediocriter in rebus bellicis sunt versati; non magno constant numero. Qui verò ad res gerendas planè sunt inutiles, & quorum nulla habenda est ratio, ut sunt servi, calones, lixæ, & his similes; horum ingens est copia. Constat etiam, equites Turcicos, in quibus robur atque opes illius Imperij potissimùm consistunt; non eâ animi alacritate, & promptitudine in bellum proficisci, neque eâ patientiâ & tolerantiâ, labores & incommoda sufferre posse, ut quondam maximâ cum laude solebant. Bellis enim in Persia gestis, attenuati valdè sunt. Inprimis verò Ungaricis hâc tempestate;

state; ubi hordei & rerum omnium, ad sustentationem hominum, æquè atque equorum, & Camelorum necessariarum indigentia, & caritas maxuma fuit. Denique & illud observandum est, Spahos qui primarij sunt Turcarum Equites, difficilimè hoc tempore equos bellatores, ne oblato quidem pretio, nancisci posse: non modò propter equorum, & rerum omnium caritatem maxumam; verum etiam, quod equi, ut plurimum in bellis periêre, & rarissimè inveniantur, qui ad belli usum valeant: tum etiam quòd Spahi, quibus alij reditus non sunt, nisi quod ex Timaris percipiunt, amissis prioribus equis, destituantur ferè rationibus, quibus alios comparare sibi possint. Alij in ocio vivere desides consueti, pecuniam fœnore accipiunt, quâ Timara potius emunt, quàm equos; vel apud alios pecuniam occupant, à quibus posteà cedendo bonis, eâ defraudantur. Etsi verò præteritis annis, equitatum habuerint copiosissimum, diversa tamen ejus rei causa fuit. Turcæ enim nunc multò molliores & effæminati è Persarum deliciis: quæ eosdem ferè in ipsis, quos luxuria in Romanis quondam & Græcis effectus habuerunt, redditi; plurima impedimenta, quæ ad commoditates lectorum, & rerum ad victum pertinentium conducunt, secum trahere solent, ut multis ad eam rem equis uti necesse sit. Neque quisquam est equitum, licet rusticus sit, vel aliàs paupertate prematur, qui non plures uno secum in bellum ducat equos: qui tamen strigosi, malè habiti, & ad militiam planè inutiles sunt: quod eventus pugnæ ad Agriam commissæ, declaravit. Causas item diminutionis Imperij Ottomannici, idé Soranzius, *cap. 26.* deducit, & *cap. 23.* ait: Cùm Amurathes postremus, re ipsâ expertus esset, tantam sibi non esse Militum copiam, quàm quondam habuêre ipsius Majores: novam instituit militiam, tàm peditum, quàm Equitum, Rusticorum videlicet, Turcarum, quibus ampla privilegia, & honores plurimos decrevit, proprio ipsis indito nomine, *Culcardasiorum*; quod servorum sive mancipiorum fratres significat. Quæ appellatio cum solis tribuitur Christianis, in Mahumetanam superstitionem adscriptis, ac degenerantibus; tum apud Turcas omnium honorificentissima est. Cõsentit Achilles Traduccius, *in Turca vincibil. fol. m.* 284. Turcarum exercitus præter Timariatos, & milites, qui privilegiis gaudent, constat hominibus abjectissimis, & vilissimis mancipiis, quæ nullâ specie libertatis fruuntur, reliquorum militum insolentiis exposita. Rustici inprimis, quibus ne arma quidem relinquuntur, quos Judæorum fœci abjectissimæ, qui inter Christianos vivunt, verè comparare lubet. Et idem *fol.* 310. scribit, Si fundamentum potentiæ Turcicæ perpendimus, quod in Seragliis consistit, quæ solummodo bello diuturno, & continuo evacuari possunt;

possunt; verè apparebit, graviter à nostris peccatum fuisse, quod bellum diutius non protraxerint, & post insignes clades illud quoque continuârint.

VI. In Bello, defensivo præsertim, domesticus Miles, externo & mercenario regulariter est præferendus: videatur Adam Contzen *lib.* 10. *politic. cap.* 20. & 28. Misera est Respublica & precario, tam diu scilicet, quàm placet vicino potenti, imperat: quæ auxiliis inhæret alienis; quæ suam salutem extraneis hominibus, haud suis Civibus committit; vel non committere audet. Althus. *cap.* 32. *fol.* 557. Machiavellus *2 disp.* 20. Bodin. *1. cap.* 5. Renatus à Lusing. *d. increm. Imp. cap.* 6. Danæ. 7. *polit.* 1. Junius *quæst. polit.* 70. Keckerman. *polit. fol.* 447. Johann. Gerhard. *decad.* 7. *quæst.* 3. vid. Camer. *narrat. Turcic. fol.* 33. Tholos. 11. *de Rep. cap.* 3. *num.* 6. Quin & Anglos non exercitatos, etiam in offensivo bello bonos esse, Cominæus tradit. *lib.* 4. *cap.* 5. *fol.* 299. Et Thesauri Politici Auctor, *part.* 1. *fol. m.* 234. scribit, in Angliâ Milites, ferè ut apud Helvetios, si bellum sit in Patriâ gerendum, campanarum sonitu congregari. Sed quos dirigit & excitat Deus, ij boni sunt etiam non exercitati. Et vicissim malè pugnant etiam Legionarij exercitati; si ruina immineat fatalis, si à superioribus suis deserantur, si non rectè gubernentur, si regimine præsenti non sint contenti, si belli occasio & causa, *ipsis* videatur *vitio* aliquo laborare &c. Mercenarius optatur, cum sit quasi desperatus, & jam vendiderit suam vitam. Sed adhuc plus in Cive efficere potest virtus & Patriæ ac gloriæ amor. Mercenarius difficulter comparatur, difficiliùs & magno cum periculo ali solet. Nec hodiè dici potest, quod de suo tempore Bellajus, Germanum Militem non plus Gallo constitisse, quàm unum coronatum. *lib.* 10. *des memoires. fol.* 1034. Viles sunt, qui mercede militant. Hincque natum Proverbium fuit: In Care periculum. Erasm. *in Adag.* Strabo namque *lib. Geographiæ* 14. narrat, Cares totâ quondam Græciâ errâsse, passimque stipendiis meruisse. Cæterum in rebus bellicis usque adeò præcelluisse, ut passim apud Poetas arma bellica Carica nominentur: quemadmodum Anacreon Caricam loricam, Alcæus Caricam cristam dixit. Sic & Suidas scribit, Cares primos mortalium mercede militâsse, ut qui vitam suam vilem haberent. Hos igitur qui conduxerant, primos in acie collocare consueverunt, ut primos hostium impetus, suo exciperent periculo: aut ubi fortuna belli difficilima videretur, illic objecti fuerunt. Sanè Germani semper militiam peregrinam sunt sequuti. Wolf. *1. fol.* 257. Sic & notant Exteri de Maximil. I. Roman. Imperatore, quod aliorum sumptu militârit: *Et faut entendre, que l'armée dudit Maximilian, estoit souldoyé aux despens du Roy d'Angleterre; & mesmes*

mesmes le dit esleu Empereur, avoit cent escus par jour, pour son plat. Bellay *fol.14.lib.1.* De periculis à milite externo, videatur Cominæus. *lib.8. cap.10. fol.788.* præsertim si contra suæ nationis milites ducatur. Piccart. *dec.3.cap.2.* Habet quoque consimilia prudentissimus rerum Gallicarum scriptor, Guil. Bellajus, *Voyez donc l'inconvenient, qu'il y a d'avoir la force d'une armée de nation estrangere, qui est pour vous bailler la loy des &c. memoir. 2. fol.123.* adde *lib.2.fol.182. & fol. 207. A leur arrivee le Signeur Iean se mutina de mandant estre payè. 2. fol.130. & 209. Aucuns ont estimè que si Mors du Bourbon ne fust encores mori il se fust fait Roy de Rome & de Naples.* Bellay *3. fol.234. Et y laschant la bride pour attirer le Soldat, il foulera son peuple. 6. fol 643.* Mercenarij tales, etiam Belli Duces similes sunt Rodolpho Camerinensi: qui Bello, quod Florentini cũ Gregorio decimo Pontifice M. gesserunt, diversas partes secutus: nunc uni, nunc alteri hærebat. Interrogatus à quodam; cur adeò nutans ita sæpè se commutaret? Quoniam, inquit, in eodem latere diutius jacere non possum. Poggius *in facetiis.* De Helveticis Mercenariis, sequentia habet Montluc: *1. de comm. militair. fol.m.8.* loquens de prælio dela Bicoque. Anno 1522. *Laquelle bataille le sieur de Lautrec fust forcè d'accorder, pour l'opinia streté de suisses. I'ay veu en mon temps le despit de gens de ceste nation estre cause de la perte de plusieurs places, & interrompre grandement les affaires du Roy. Ils sunt à la verité vrais gens de guerre: & servent comme de rempars à une armeè: Mais faut que l'Argent ne manque pas, ny les vivres aussi. Ils ne se payent pas de parolles.* Agesilaus Rex Spartanorum, non sine famæ & reputationis suæ jacturâ, mercenariam militiam in Ægypto auspiciis Regis Tachi; sed nec illi extitit fidelis. Plutarch. *in vita.* Reges quidam, ex politico arcano exteros collectitios prætorianos amant, ut etiam hodiè faciunt Turcæ, qui Janitsaros extollunt, natos Turcas despicere solent. Sic & apud Xenophontem 2. *Instit. m.f.50.* ita ait Cyrus: Minimè circumspiciendum vobis est, qua ratione de civibus ordines expleatis, sed quemadmodũ equos optimos quæritis, non vestrâ in Patriâ natos: sic homines ex optimis sumite, quoscũque vobis & roboris & ornamenti plurimum allaturos existimabitis. At si metus subsit, ne subditi exercitati, ad rebellionem reddantur prona: arma iis sunt adimenda: ususque armorum inhibendus: ut Romani olim, & nunc faciunt Turcæ. Commodissimum erit, si hodiè tormenta manuaria, & copia pyrij pulveris adimatur; hocque intuitu, die Pulvermüllinen non spectant ad privatos, & in jure fisci censentur: ac ita in externo & domestico commoda & incommoda sunt: in hoc laudatur vis interna, vera, prompta, non ascititia, & accidentaria. Pro illo adferunt, licere victoriam parare, sanguine alieno, sed sæpè Mercenarij sibimet

victoriam parant. Et Hispani quidem mercenariis utuntur, sed plerunque eos ex provinciis colligunt subditis; Germanicis & Italicis. Robur exercitus est ex suis, mercenarios habent, ut in periculosis actibus, ij sanguinem fundant. Exercitatio prævia multum confert, etsi umbratilis quasi sit: nam & Romani ad palum pugnârunt. Ita Marius in bello, contra Cimbros, suos paulatim animavit, & ab umbratili illa exercitatione, ad prælium seriò gerendum aptos effecit. Plutarch. *Mario*. Miles domesticus optimus & fidus est; si sciat se non mutare Dominum, sed dominatum, si contentus statu præsenti. Domestici animantur, si edoceantur, non fugâ servare se posse: si occisis pro Patriâ, id præmium detur, ut liberi, ut uxores sustententur: si ob rem benè gestam, honorem habeant immortalem. Non sanè omnes sunt tales, qualem describit *in Iocoseriis lib. 1. num. 727. & seq.* Melander, ubi ita scribit: Inclytus quidam Germaniæ Princeps, suorum non tantum Civium, verum etiam rusticorum agebat delectum, ex iis certos aliquos segregabat, quos quidem armis tractandis, bellisque gerendis assuefaceret, & præpararet. Quamobrem cum Rustico jam cuidam togula sclopetaria injiceretur, ratus miser ille, sibi è vestigio in militiam proficiscendum, cum hoste quedimicandum esse; expalluit penitus, totóque corpore contremiscens, hanc in rationem exclamavit, Heu me miserum, nunc quidem sanè vestior ego atque accingor ad mortem oppetendam: **Ach ich armer Mann / da ziehe ich mein Todtenkleid an.** Quo quidem Capitaneus audito, excordem hunc imbellémque nebulonem amiculo isto extemplò denudat, ac fuste probè probèque dedolatum exauctorat: adstivámque relegat, alio quodam animosiore ad militiam magis idoneo infungi fucique hujus effæminati desperabundique locum suffecto. Addere lubet, quæ Bartholomæus Gregorianus, teste Eberhardo à Weihe, *in orat. utrius Regni conditio sit melior*, graviter scripsit. Nos armis quidem optimis, at animis pessimis militare, & præter stipendia spoliáque nihil magnopere curare; quò sint Imperia cessura, non cogitare: amicis ac hostibus æque infensos, de salute Patriæ communis non sollicitos, bellum quasi tabernam, spreto Divino Numine, turbatis religionibus, adversus morem militarem, ac disciplinam majorum ingredi: & sic vinci ubique locorum, fundi ac fugari singulos, pugnantes universos. neque προφυσιν, neque ἄρτιαe observantes &c. Felix populus ille, qui domestico milite intra terminos legitimæ defensionis constitutus, hostes propellit: nec sequitur militiam peregrinam. Anno 1499. **hat Keyser Max. mit sambt dem gantzen Reich / ꝛc. ein gar ernstlichen Krieg / wider die Helvetier geführt / ꝛc. also daß jhre Feind nit Tag vnd Nacht auff jhrem Erdreich vnbesucht ruheten. Aber so sie sich auß begierd deß Golds durch außländische Fürsten / in frembde krieg haben.**

haben lassen bringen/ist ihr Mañheit verendert worden. *Stumpf. 4. cap. 6.* Was der Statt Zürch genutzet/daß sie sich frembder Kriegen entzogen. ibid. *6. cap. 20. in fin.* Stumpfius docet. Sanè nunc in Germaniâ secundum Busbequium *fol.* 304. de Turcicis bellis loquentem: pulsata longè latéque tympania, ad eorum strepitum conveniunt, lucelli spe, quibus visum est; tertius fortassè quisque, qui loricam aut thoracem nunquam induerat, nec hostem vel à belli limine salutârat. Reliqui quales? homines luxu perditi, decoctores, ganeones &c. quos eò produxit, non patriæ charitas, non æquitas causæ, non religionis studium, non amor virtutis exercendæ; sed ebrietatis, aleæ, rapinarum, sacrilegiorum, stuprorum, &(ut uno verbo dicam) scelerum & flagitiorum omnium impunitas atque licentia. Vid. Dn. Herman. Latherum *lib. 3. de Censu. cap. 8. nu. 78. & seqq.* Levi conatu, Neapolitanum Regnum, Carolus VIII. Galliarum Rex, occupavit; causam indigitat. *lib. 1.* Guicciardinus, cùm ita scribit: Non tam numero, quàm virtute hostium, nostri haut parùm terrebantur. Nam cùm Equites omnes, ferè ex Galliæ oppidis, neque tamen plebeis, sed nobilibus, qui haud prorsus Ducum arbitrio admitterentur, removerentúrve, constaret; stipendia quoque, non ab ipsis Ducibus, sed ab Regiis quæstoribus caperent, turmas habebant, non modò numero integras, verùm etiam robore & virtute florentes, equis, bonísque armis præclarè instructas: cùm & per inopiam, id facere minimè prohiberentur, & certatim quisque alterum superare, partim honoris, quem in hominum pectoribus generis claritas alit, impulsu, contenderet; partim quod ex fortiter factis, præmia tum extra militiam, tùm in ipsâ militiâ sperare poterant. Iisdem stimulis, cuncti Regis Galliæ imperium agnoscentes, agebantur; qui nihil magis in votis habebant, quàm suo Regi probari, ejusque favorem emereri. Ex quo fiebat, ut nec mutandi Domini, ex inconstantiâ cupiditas; nec ambitio, aut avaritia, inter eos locum habebat. Quæ omnia secùs habent in Italorum militiâ, in quâ Equitum plerique, sive Rustici, sive plebei, quique alîus Principis Imperio subjecti, prorsúsque ex suorum Ducum nutu pendentes; cum quibus de stipendio agendum erat, in quorum erat arbitrio eos & in militiam ascribere, & ornare stipendiis, hincque naturâ, neque casu ad naviter militandum, impellebantur. Quin & ipsi Duces ac Centuriones, rarò ejus, qui eos conducebant, erant ditionis: qui sæpenumero sua commoda finésque diversos propositos haberent; æmulatione atque odiis inter se mutuis pleni: quorum militiæ nullus esset terminus definitus; verè suorum Militum Domini. Numerum, cujus gratiâ stipendia capiebant, nõ habebant, nec honestis conditionibus contenti, quâvis occasione pretia Dominis, cupidè imponebant; atque in eodem munere instabiles, sæpè

ad alia ſtipendia tranſitiones faciebant: ambitione interdum aut avaritiâ, aut aliis rebus, ut non modò inconſtantes eſſent, verùm etiam infideles, impellente. Hocque ſemper nocuit Magnatibus, qui in Italia fuerunt, quod exterum & collectitium militem habebant. Machiavel. *ibi. ſtor flor. fol. m. 30. b. & 34. & c.* Viciſſim nobiles Galli, jugiter ſuis Regibus fideles extiterunt, maluerúntque ſua amittere bona, quàm Anglis obedire. Girard. *lib. 23. fol. m. 917.* Quid autem proſit vel obſit, variis ex nationibus collectum exercitum habere, prudentiſſimus Polybius notat: *lib. 1. cap. 67. & ſeq.* ubi ita ſcribit: Carthaginenſes, qui copiis ſemper utuntur variis è locis mercede conductis, ſiquidem illud agitur, ut rebellioni ex conſpiratione obviam eatur, & ut ne terribilis ipſis Ducibus ſit exercitus; nequaquam à propoſito aberrant, dum ex multis gentibus copias cogunt: ſin illud agitur, ut irâ ſemel commotâ, aut odio cõcepto, vel ſeditione factâ, docere, lenire, & in viam reducere velis errore lapſos; omninò mala eorum ratio eſt. Cernere enim licet ejusmodi exercitus, ubi ſemel iram aut odium contra aliquos ſuſceperint, non ſolum pro more aliorum hominum maleficia patrare; ſed planè ferarum inſtar ſævire, & animos inducere ad omnem immanitatem, & veſaniam comparatos, &c. Sed adde Plutarch. *in Timol. fol. m. 516.* putant quidem nonnulli, ſi exercitus ex pluribus nationis conſtituatur, ob æmulationẽ quandam, certatim omnes fortiter pugnare. Sed verò uſus & difficultates (Philipp. Hiſpan. Regem) docuerunt unam nationem ſolam pugnare tam forti animo, quàm adjunctam aliis. Coneſtag. *lib. 3. de Portugal. conjunct. fol. m* 158. Scio non cujuslibet eſſe, milite ſolum domeſtico gerere bellum, ſed velim eum Eumenis imitari Exemplum: qui cum Macedonicam Phalangem tumere, & ferocire animadverteret, equitatum ſibi comparavit, quem ei opponeret; ejúsque rei causâ, Cappadoces (ſubditos ſuos) quicunque Equites eſſent, immunes à tributis eſſe permiſit; ſuis quibus fidebat maxumè, emptos à ſe Equos diviſit: utque eo munere animos ſuorum excitavit; ita corpora exercitationibus & diſciplinâ hunc in modum formavit, uti Macedonibus & adverſariis admirationi eſſet, ſuis fiduciam augeret; cùm brevi tempore Equites ultra ſex mille collegiſſet Plutarch. *in vitâ.* De Philippo II. Hiſpan. Rege, Coneſtagius ſcribit, *lib. 3. de conjunct. Portugal. fol. m. 158.* Licet in Hiſpaniâ, ex turba collectitia ſatis magnas copias conſcribere potuiſſet: tamen ſolos Milites, qui ſtipendia merent, nervum exercitus eſſe, ſtatuens. Id tamen eo fine fecit, quia non erant exercitati, ac ne illud incommodum pateretur, quod Antonius, Regni Luſitanici uſurpator, incurrit, de quo ita ille idem. *lib. 5. fol. 293.* Copiæ illius ex meris Luſitanis, & turbâ collectitâ conſtabant. Unde fiebat, ut nullas copias, formam aliquam exercitus

ercitus repræsentantes, ad manum haberet, &c. Indè de Lusitanis Conestagius *lib. 6. fol. 322.* Nam si quis hastam haberet, deerat ei gladius, sin sclopetum, deerat funis. Voluerunt ergò postea Galli Lusitanos inermes armare, in quem finem magnam etiam armorum copiam advehebant. Conestag. *9. fol. 450.* Quod multitudo Lusitanorum inexercitatorum, cum tot militibus Gallis conjuncta, magnam felicis successus spé adferre videretur. Conestag. *fol. 473.* Nullus populus potens, cujus vis in externo milite constitit. Sicque Turcæ laudantur; quod non opus habent nostrorum Principum more, ut hinc indè quasi mendicando colligant exercitum &c. Sorantz *in Ottoman. cap. 42.* Et obsigno hæc quæ dicta hucusque sunt, testimonio Montlucij, locupletis sanè testis, & omni exceptione majoris: qui *lib. 1. d. commentair. fol. 26. b.* ita scribit. *Au premier remuement de guerre, le Roy Francois dressa les Legionnaires, que fust une tres belle invention, si elle eust esté bien suyvie [pour quelque temps nozor donnances, & noz loyx sont gardeès, mais apres, tout s' abastardist] car c'est le vray moyen d'avoir tous jours une bonne armeé sur pied, comme fayssoient les Romains, & de tenir son peuple agguerry: combien que je ne scay, si cela est bon ou mauuau. La disputen' en est pas petite: Si aimeroy-je mieux me fier aux miens, qu' aux estrangers.* Et ideò pernitiosa privilegia illa esse videntur, quæ Nobiles & Vasalli alicubi prætendunt, illorumque vigore, limitate & non nisi cum certâ conditione, patriam defendere volunt. Quemadmodum A. C. 1526. expertus est Ludovicus Ungariæ Rex, de quo ita Traduccius scribit, *in Turcâ vincibili fol. m. 220.* Ludovicus etsi exigua apud suos authoritate valeret, ad consueta tamen remedia tantorum malorum, & ad externa & peregrina auxilia recurrit: In Comitiis Regni, suis proceribus & militibus locum assignavit, quo convenire deberent, ad resistendum hostibus, ne Sauum transirent, donec reliqua auxilia adventarent. Ipse ut tempore cõstituto Tolvam attigit, neque Transilvaniæ, neque Croatiæ, neque Bohemiæ copias auxiliares reperit. Et qui comparuerant Nobiles ulterius progredi contra hostem recusant, Rege reliquos operiunte, sua adducentes & allegantes privilegia, quod non nisi Regem comitandi causâ in bellum proficisci tenerentur. Sed si tales subditi sunt, melius est conductitiis uti, & onus in bellum proficiscendi, vendere illis pecuniâ præsenti, ut fecit Agesilaus, & ante eum Agamemnon. Plutarch. *in Agesilao. fol. m. 13.*

VII. Quemadmodum autem exteri, si major vis atque necessitas ingruat, non planè sunt spernendi; Fœderati præsertim, *l. 7. in princ. §. ult. de captiv. & postlim. Lips. 5. polit. 9.* ita ejusmodi auxiliis, haud ita credant Duces, ut non plus sui roboris, suarúmque propriè virium in Castris habeant; nec corpus exteri faciant; sed membrum. Quod autem

affertur; in exercitu ex variis nationibus composito, æmulatione incendi virtutem, imbecillum est: hoc idem fieri potest, præmiorum pollicitatione, aliisque modis, ut & jam supra dictum fuit. Externa auxilia, raro adhibuisse Romanos, docet Amirato, 1. *discors. 10.* quæ dixi etiam *in tract. de Fœder ad fin.* quid extero subsidio sit tribuendum: & eo quod Galli olim usi sunt, in Romanorum pervenerunt potestatem. Pasquier *des Recherch. lib. 1. cap. 5.* sed non semper sufficiunt. Milites ordinarij, in domiciliis suis relicti, quos Legionarios [alicubi Außschüß] vocamus; & ij, qui ordinariis hisce accensentur Vasalli. P. Greg. Tholos. 11. *de Rep. cap. 3. num. 12.* Verùm interdum & quidem etiam ordinariè, opus habet Respublica, pacis quoque tempore, Limitaneis, Præsidiariis, aut Prætorianis Militibus. Althus. *c. 34. polit. fol. 560. & seq.* R. P. Adam Conzen. *polit. 10. cap. 29.*

VIII. Agros in delectu Militum, præferunt oppidis nonnulli, ac urbicum militem non esse bonum censet Plutarch. *in Othon. fol. m. 942.* Ego utrumque, & agrestem & urbanum, exercitio strenuũ fieri posse, judico: & urbanum quidem citiùs, nisi sit sedentariis opificiis, & umbratili quæstu enervatus. Kirchnerus *de Republ. ult. th. 36.* Durities in Milite maximè commendatur. Quem enim potes mollem, & enervatum Novitium, aliquo in numero putare; qui cum hoste non valet confligere, nisi dulciculâ potione, & quibusdam sportellis sustentetur. Immò nisi abdomini natus, crapulam cottidiè exhalet: nisi unguentorũ odore nares recreet, nisi sub pellibus interquescat, nisi variis vestibus, & nescio quibus lacernis orneretur? Bellicosus quidem ille Miles & nervosus haberi debet, qui sudo & udo cœlo aptus est; qui ad omnes labores impiger invenitur: qui famem pro Condimento, nasturcium, pro cibo, humum, pro cubili, arbustum, pro tabernaculo habet. Stanihurst. *de reb. Hibernic. lib. 1. ad fin.* Turcæ etiam captivos per Natoliæ oppida distribuunt, & rusticis operibus, ruri scilicet arando & pecudum gregibus custodiendis, materiæ atque lignis ad ædificia portandis, aliisque ejusmodi laboribus applicant, ut corporis vires roborent & confirment, quò magis idonei ad militiam evadant. Nonnulli ad remos alligantur, non ut navicularia discant, sed ut assiduis molestiis callum obducant. Traduccius *fol. m. 243.* Et adeò ad Militiam conferre putatur, corpus ad omnifarios labores aptum, ut Probus Imp. nunquam passus fuerit, milites suos esse otiosos. Vopiscus *fol. m. 291. & 294.* sed aliis aliud placet. Ac sanè agricolas paci magis quàm bello aptos, prodit *in Numa* Plutarch. *fol. m. 134.* Lacedæmonij in pace non aliter ac in bello vivebant. Sed tamen non agriculturæ, viliorique labore, verum aliis exercitiis corpora indurabant, Plutarch. *Lycurg. fol. m. 102.* contrarium in usu erat Athenis, Plutarch.

tarch. *Solon fol.* 170. ubi causam diversitatis reddit. At certè si corpus non labore vel exercitio induratur, arma haut prosunt. Plutarch. *Coriolan. in princip.* De ætate Militum tradit multa Alex ab Alex. 1. *cap.* 20. Sanè institutio, non aër Milites facit. Rectéque Pelopidas olim judicavit: Non ad Eurotam solùm fortes homines nasci, sed ubicunque Juvenes ita instituuntur, ut turpe aliquid perpetrare verentur, vitámque minus, quàm famam, & boni Civis opinionem amittere metuunt. Plutarch. *Pelop. fol. m. 559. &c.* Sicque Philopœmen exercuit olim Achæos. Plutarch. *in vitâ fol. m. 701. 705. &c.* tali ratione ex Tarentinis Milites fecit Phyrrus. Plutarch. *in Phyrro fol. m. 772.* Sicque Cimon exercuit Athenienses, eorúmque socios otio torpescentes, ex fœderatis subjectos fecit. Plutarch. *Cimon. fol. m. 960.* Militari olim gloriâ excelluerunt, Romani, Parthi, Germani: sed exercitio magis quàm naturâ: Sic enim Senecâ *epistol. 36.* Si in Parthiâ natus esset, arcum infans statim tenderet, si in Germaniâ, protinus puer tenerum hastile vibraret. Si avorum nostrorum temporibus fuisset, equitare, & hostem cominus percutere didicisset. Hæc singulis disciplina gentis suæ suadet & imperat.

IX. Milites Legionarij, quos armis assuescimus, ita sunt instituendi; ut virtutis non violentiæ ratione ducantur. Eorum præcipua hæc sit virtus: erga cives Patriæ, modestos, humanos, clementes; contra hostes verò feroces & crudeles sese exhibere. Militis boni virtus, non in fastu quodam, rixandive proclivitate; sed in modestiâ & obedientia est sita: undè haut ex eo fortiores sunt milites habendi, si ad duella facili operâ concitantur. *Perche l'aver à far quæstioni, procede, à dapoca prudenza, ò da impatienza, ò da bestialità.* Quod Ferdin. Pescarius dicere solebat. Botero *d. detti fol.* 41. *b.* Nulla virtus in Milite necessaria magis est, ac obsequium promptum. Botero. *ibid. fol.* 52. *b.* Et non semper qui manu promptus est in duello, propterea & bonus Miles est in stataria pugna. Sicque cum olim Delphino, Amadeo IV. Sabaudiæ Comes, duelli, aut concurrendi cum universis copiis, conditionem detulisset, Feciali respondit: Abi, renuncia Principi tuo, non in unis corporis viribus hominis consistere gloriam: si aliter ille existimet, habere me tauros quamplurimos, qui longè hac in parte eum superent. Ad universi autem prælij aleam subeundam quod attinet, si exercitus nunc illi sit instructissimus, futurum propediem, ut ego non minoribus instructus copiis eum, ubicunq; locorum sit, ad internecionem persequar. Vanderburg. *in hist. Sabaudicâ.* Cæsar, teste Suetonio, *cap.* 65. Militem neque à moribus, neque à Fortunâ, (ceu censu) probabat; sed tantum à viribus: & is idem, Milites suos etiam unguentatos, benè pugnare posse dixit. *cap.* 67. Ubi vide Casaubonum, qui ait; Milites hosce, nō conservandæ, sed evertendæ:

tendæ Reipublicæ aptos, ab ipsísque veteribus Romanis improbatos esse: quod Cæsar moliebatur. de Milite Monarchico, adde Lucanum, *l. vers. 362. &c.*

Dum movet hic calidus spirantia corpora sanguis,
Et dum pila valent fortes torquere lacerti,
Degenerem patiere togam, regnúmque Senatus?
Vsque adeò miserum est civili vincere bello?
Nec Civis meus est, in quem tua Classica Cæsar
Audiero. per signa decem felicia castris,
Perque tuos juro quocunq; ex hoste triumphos:
Pectore si fratris gladium, juguloq; Parentis
Condere me jubeas, plenæq; in viscera partu
Conjugis, invitâ peragam tamen omnia dextra
Si spoliare Deos, ignémque immittere templis,
Numina miscebit Castrensis flamma monetæ:
Castra super Tusci si ponere Tibridis undas,
Hesperios audax veniam metator in agros,
Tu quoscunque voles in planum effundere muros,
Hus aries actus disperget saxa lacertis:
Illa licet penitus tolli quam jusseris urbem
Roma sit.

Idem jam antè fecerat Sulla, de quo Sallust. *Catilin. c.* 11. Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem majorem luxuriosè, nimisque liberaliter habuerat, loca amœna, voluptuaria facilè in ocio ferocis Militum animos molliverant, ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa cælata mirari, ea privatim ac publicè rapere, delubra spoliare, sacra profanaque omnia polluere. Igitur ij milites postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecêre. Ad id autem, quod de modestia militum dixi; Iterum militaris artis optimos produco Doctores, Turcas, de quibus Bellonus, *lib. 2. cap.* 14. Diligentiùs [inquit ille] observantes Turcas milites, qui ad Rhodi urbis portas exibant, occasionem sumpsimus scribendi, quàm ingens sit Turcarum militum continentia & obedientia. Nam licet viginti aut triginta viri, diligenter portas observarent, id tanto silentio & modestia faciebant, ut non plus turbæ exaudiretur, quàm si nemo isthic adfuisset; videbantúrq; potius opifices aliqui, quàm milites, nihilominus senatoriam quandam gravitatem præ se ferentes. Et idem *lib. eod. cap.* 73. Cùm observaverimus, qua ratione Cairinus Bassa, Dominum de Fumet exceperit, dignum quod hîc insereretur, judicavi. Omnes suos Janissaros, auratis, sericeísque diversorum colorum vestibus elegan-

ter

ganter exornatos, ordine collocavit; nullis acinacibus, aliisque armis accinctos, sed demissis & decussatis manibus: quod indicium est magnæ Turcarum obedientiæ; ad gerendum etenim bellum, solummodò expetunt arma. consentit Villamont, *lib. 3. de voyages c. 5. fol. m.* 347. ubi item nulla apud eos esse duella, & provocationes vel rixas omninò cessare dicit. *C'est une chose fort remarquable, de les voir vivre ensemble, en union & concorde, sans iamais avoir disputé, l'un contre l'autre; n'y s'appeller au combat d'homme à homme, ainsi que nous faisons. &c.* Accertè contra Christianam non solùm religionem, sed & contra omnem Ethicam ac politicam rationem est; Ita observare honoris punctū (*de poinct d'honneur*) ut privatim adversus concivem nostrum, hâc ratione injuriā vindicemus. Vid. Anton. Massam *tr. de duello* & P. de la Noue, *au lict d'honneur* passim. Commendat etiam eo nomine Helvetios, Stumpfius *lib. 4. cap. 6.* quod in Castris non rixentur. **Es sollen wol zehen oder zwantzig tausent Schweitzer ein gantzen Monat zu Feld liegen/ daß keiner den andern wund schlägt.** Pulcherrimè Bellonus *lib. 3. cap.* 17. Turcæ, viri fortitudinem, vel strenuitatem nostro more non æstimant. Nam in Europâ, qui omni momento digladiari vult, qui oculos torquere novit, jurator, biliosus, *cicatricibus insignitus*, quique alterum mendacij arguerit, pro strenuo & probo viro habetur. At Turcæ pacis tempore modesti sunt, arma domi relinquentes, ut inter se pacificè vivant, neque acinaces gestant per urbem obambulaturi: at in bellum profecturi, armis uti norunt, & suam fortitudinem erga hostes demonstrant: neque facilè audies, ipsos inter se decertâsse: neque si quis sodalem ferierit, propterea strenuus æstimabitur. Sed interim non verâ ex virtute pugnant. Namq; opio vescuntur, in bello, ut animosiores existant. Bellonus 3. *cap. 15.* de eorúmque fortitudine, ita censet Montluc. *des commentaires lib. 1. fol. m. 46. Les Turcs mespriſoyent fort nos gens: ſi croy-ie, qu'ils ne nous battroyent à forces pareilles. Ils ſont plus robuſtes, obeiſſans & patiens que nous: mais ie ne croy pas qu'ils ſoyent plus vaillans; ils ont un advantage, c'eſt qu'il ne ſongent rien, qu'à la guerre.* Ac item Turcarum iter facientium insigne silentium & modestia, imprimis à Petro Bellono commendatur, *lib. 1. obſerv. cap. 69.* & ita scribit: Quo tempore Selymbriam pervenimus, exercitus isthîc circiter quatuor millium Turcarum fuit, quibus hospitia designata fuerant, cum in Carabachara, aliisq; urbis locis, tum extra urbem sub arboribus. Omnes erant equites, atque in Turcarum Imperatoris, qui bellum adversus Persas gerebat, castra proficiscebantur ij autem diu ante lucem, tanto silentio discesserunt, ut nos qui etiā ante lucem discedere constitueramus, minimè animadverterimus, tametsi essemus illis vicini. Hæc res nobis visa est digna relatu, tantam ho-

minum multitudinem, sine ullo strepitu discedere potuisse. Quo nomine etiam Agidis Lacedæmonij militis à Plutarcho commendantur, *in vitâ Agid. & Cleomen. fol. m. 426.* & ibidem *fol.* 442. de tranquillitate & modestia Laconici exercitus, notatu dignissima multa referuntur. Sic & sub Alexandro Imp. Roman. tanta disciplinâ, tantáque reverentia Ducis, expeditiones agebantur; ut non milites; sed Senatores transire viderentur. Lamprid. *in Alexan. fol. m. 219.* Ejusdem etiam Apophthegma fuit: Miles non timet, nisi vestitus, armatus, calciatus & satur; & habens aliquid in zonula. Lamprid. ibid. *fol.* 220. Ac idem cum Antiochiam venisset, ac milites lavacris mulieribus, & deliciis vacarent, eique nunciatum esset, omnes eos comprehendi jussit, & in vincula conjici, Quod ubi compertum est, mota seditio est à legione, cujus Socij erant in vincula conjecti. Tum ille Tribunal ascendit, vinctísque omnibus ad Tribunal adductis, circumstantibus etiam militibus, & quidem armatis, ita cœpit. Commilitones, si tamen ista vobis, quæ à vestris facta sunt, displicent, disciplina majorum Rempublicam tenet: quæ si dilabatur, & nomen Romanum & Imperium amittemus. Neque enim sub nobis ista facienda sunt, quæ sub impura illa bestia (Heliogabalo scil.) nuper facta sunt. Milites Romani, vestri socij, mei contubernales & commilitones amant, potant, lavant, Græcorum more etiam quidam se instituunt; hoc ego diutius feram? & non eos capitali dedam supplicio? Tumultus post hoc ortus est. Atque iterum Alexander: Qui in concione estis, vocem in bello contra hostem, non contra Imperatorem vestrum necessariam omittite, certè Campiductores vestri hanc vos docuerunt contra Sarmatas, & Germanos ac Persas emittere: non contra eum qui acceptã à Provincialibus annonam, qui vestem, qui stipendia vobis attribuit. Continete igitur vocem truculentam, campo ac bellis necessariam; ne vos hodiè omnes uno ore atque una voce, Quirites, dimittam, & incertũ an Quirites! Non enim digni estis, qui vel Romanæ plebis sitis, si jus Romanum non agnoscitis. Et quum vehementius fremerent, ac ferro quoque minarentur. Deponite, inquit, dextras contra hostem erigendas, si fortes estis: me enim ista non terrent. Si enim unum hominem occideritis, non nobis deerit Respublica, non Senatus, non Populus Romanus qui de vobis vindicet. Quum nihilominus post ista fremerent, exclamavit: Quirites discedite, atque arma deponite. Mirando exemplo, depositis armis, depositis etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra, sed ad diversoria varia recesserunt. Tuncque primum intellectum est, quantum ejus severitas posset. Lamprid. Pertinet huc, quod, in libris veterum memoriarum scriptum esse, Agellius *lib. 5. cap. 5.* attestatur: Hannibalem Carthaginensem apud Regem Antiochum facetissimè cavillatum

datum esse: eaque cavillatio hujuscemodi fuit. Ostendebat ei Antiochus in campo copias ingentes, quas bellum populo Romano facturus comparaverat: convertebátque exercitum insignibus argenteis & aureis florentem, inducebat etiam currus cum falcibus, & Elephantos cum Turribus, equitatúmque frenis, ephippiis, monilibus, phaleris præfulgentem, atque ibi Rex contemplatione tanti ac tam ornati exercitus gloriabundus Hannibalem adspicit. Et putásne, inquit, conferri posse, ac satis esse credis Romanis hæc omnia? Tum Pœnus eludens ignaviam, imbelliámque militum ejus pretiosè armatorum: Satis planè, inquit, satis esse credo Romanis hæc omnia, etiamsi avarissimi sunt. Est & aliud adhuc, quod militem imprimis perdere solet; lascivia & amor: Audiamus optimum militiæ Doctorem Monlucium, Galliæ Mareschalcum. 1. *de comment. fol. 6. Il y a une chose, si vous ne la pouués eviter, au moins allés y sobrement, sans vous perdre, c'est l'amour des femmes. Ne vous y engaiges pas, cela est du tout contraire à un bon coeur. Laißés l'amour au crochet lors que Mars sera en Campaigne: vous n'aurez apres que trop de temps: ie me puis venter que iamais affection, ny folliene me destourna d'entre prendre, & executer ce, qui m'estoit commandé. A ces hommes il leur faut une quenouille, & non une espeé. Et outre la des bauche & perte de temps, ce mestier ameine une infinitè de querelles, & quelques fois avec vos amis. I'en eu veu plus combatre pour ceste occasion, que pour le desir de l'honneur. O la grand vilennie, que l'amour d'une femme vous desrobe voßtre honneur, & bien sou vent vous face perdre la vie & diffamer! Quant à vous Soldats, ie vous recommendes sur toutes choses l'obeissance, que vous debués à vos Capitaines: à fin que vous appreniés de bien commander quelque iour. Car il est impoßible, qu'un Soldat scaiche bien commander, qu'il n'aye sceu plustoßt obeyr. Et notés, qu'en l'obeissance cognoist la vertu & sageße du Soldat; & en la des obeissance se pert la vie & la reputation.*

X. Ubi minor metus, ibi etiam minus periculi est. Conestag. *lib. 7. de Portugall. coniunct. fol. m.* 378. Et metus ubi dominatur, ibi intellectus est suppressus. Monluc. *lib. 2. fol.* 98. adde Michel de Montaigne, *lib. 1. de essais cap. 17. & 2. cap. 7. passim ac præsertim ad fin.* Magnum et iam malum est pusillanimitatis, quod qui tali vitio capti, misericordiam non merentur; sed infortunio quocunque digni judicãtur. Plutarch. *in Paul. Aemil. fol. m. 485.* ubi de Perseo Rege captivo. Sed tamen etiam fortissimi colorem mutant, & animi minùs prompti indicia præbent; non animi, sed corporis vitio; ut de Arato scribit Plutarch. *in vit. fol.* 890. Militem etiam excitat, si ejus virtus in conspicuo sit: ideóque Monlucius aliquando, militum suorum galeas, velo aliquo conspicui coloris insigniri fecit, ut eò magis eorum adpareret fortitudo. Monluc. 2. *ad fin. fol.* 141.

Sed metus non adimitur operâ faciliori, quàm si milites (id quod apodicticè etiam verum est) sibi habeant persuasum, minùs tutum esse fugere, quàm pugnare. Et sanè non in prælij vigore, sed in fugâ plures cadunt. Et demum Mors glorioſa vitam coronat. Exempla militum insignium in historiis passim obvia sunt. Anno 1386. Zugen die von Zofingen mit Hertzog Leupoldt von Oesterreich / für Sempach / damals truge Niclaus Dutt / Schultheiß der Statt Paner / welcher in aller noth vnd schlacht / das Paner zerriß / vnd stieß die stuck in Mund / er ward erschlagen / vnnd als man jhn nach der Schlacht auffhub vnd da dannen führt / fand man das zerrissen Paner in seinem Mund / vñ ward widerumb heimgebracht. Stumpf. 7. *cap.* 33. Militis ac Capitanei probi (Q. Cædicius, mil. tribuni) insigne refert documentum Agellius. *lib.* 3. *cap.* 7. Similique exemplo Gallis suis præluxit, memoriâ nostrorum proavorum, Le Capitaine Bajard. (cujus tanti æstimavit virtutem Franciscus I. Rex Galliarum, ut ejus manu equestris militiæ accipere insignia voluerit ille idem) apud Langejum *lib.* 2. *des memoires fol.* 183. Fürstliche Tischreden. *lib.* 3. *c.* 29. De fortitudine equitis Scoti, vid. Froissart. *tom.* 1. *cap.* 284. qui de magnanimitate, Comitissæ de Montfort, multa etiam habet. *d. tom. cap.* 81. & 92. *ut* & 143. *ac* 147. Etiam bonæ ac generosæ mentis indicium est, veræ gloriæ esse appetentem. Plutarch. *in Coriolan. à princ.* Hinc fortitudinem veteres definiverunt, non absentiâ timoris, sed infamiæ metu. Plutarch. *in Agide. fol.* 439. Ac virtutem pro fortitudine sumebant antiqui: Dn. Gruterus *ad Senecam fol. m.* 624. quasi ea universalis quædam esset virtus, cæteras omnes comprehendens, unde & Galli fortem, vocant probum, *preud homme*. Voluit etiam Cato, militem hosti, non manu solùm, sed & voce ac aspectu terribilem esse. Plutarch. *d. loc. fol.* 419. Milites item voluptatibus addicti, Reipublicæ minimè prosunt, ex sententia Catonis. Plutarch. *in Marc. Caton. fol.* 667. ac turbandis, non restituendis rebus sunt apti magis; quod jam suprà innui, ubi militum Cæsarianorum feci mentionem. Et quoque quid requiratur in milite probo ac bono; egregiè docet Plutarch. *in Galba à princ.* Miles obedientiâ commendatur, non si censere & corrigere Ducis sui facta velit. Hinc q; Phocion olim dixit, Athenis, Capitaneos multos, & paucos milites esse. Plutarch. *in Phocione. fol.* 317. Militum officium, paucis comprehendit Xenophon. 2. *Inst. Cyr. fol. m.* 51. Si apud se singuli statuant, res agendas minimè succesſuras, nisi quisquam suo loco sit alacer: brevi & multa & præclara gesturi sunt. Tandem operæ pretium puto, scire quomodo Cato reddiderit milites bonos, justos & fortes, Provincialibúsque gratos: quâ de re videatur Plutarch. *in Catone Iunior. fol. m.* 339. *&c.*

XI. Milites ritè ad frugalitatem & laborem instituti, non nimiis impe-

impediuntur impedimentis : Miles Turcicus in bellum proficiſcens, nullum famulum circumducit, niſi mancipium : Janiſſari verò nullum (quandoquidem ipſimet vilia mancipia ſint) ſed ſinguli ſua arma & annonam ferunt. Attamen quinis unum equum alere licet, ad impedimẽta & tentorium geſtanda. Sic veteres Romani ſolebant. Legimus enim Jugurthino bello Metellum edixiſſe, ut ſinguli milites, ſua alimenta & arma ferrent, nullo ſervo illis conceſſo. Sed & Turcæ Prætoriani Janiſſari, qui proximè illum perpetuò verſantur, pacis tempore deni unicum duntaxat mancipium habent : belli autem tempore quini. Ex eo deprehendere licet ſummam in illa aulâ obedientiam. Petr. Bellon. *lib. 3. cap. 25.* Alexander Magnus ad bellum Indicum proficiſcens, omnia impedimenta combuſſit. Plutarch. *in vitâ fol. m. 197. &c.* Viciſſim Sebaſtianus Luſitaniæ Rex, in Africanâ expeditione 16000. milites habebat. Sed ad hæc accedebant tria millia foſſorum, & plusquam millæ aurigæ, & infinita item multitudo, lixarum, calonum, ſervorum, aliorúmque mancipiorum, Maurorum, mulionum, Mulierum & Amazonum, (quos Galli per jocum *filles de ioye*, filias gaudij, appellant.) Nam eò res devenit, ut bellum à nobis ſine ejusmodi limacibus non videatur geri poſſe. Ita ut tota illa incondita impedimentorum turba 26000 hominum ſuperârit. Anonymi hiſtoria Belli Africani Seb. Port. R. Eadem Coneſtagius habet, *fol. m. 60. & 62.* Et improbandus eſt mos Orientalium nationum, quo omnem ſuam gazam ſecum deferunt ad bellum. Fragm. hiſt. Francicæ. Glabeo &c. junctum. *fol. m. 90.* Turpiſſimum eſt apud victos invenire libidinum & vanitatum inſtrumenta. Plutarch. *in Craſſo ad fin.* Juvenal. *Satyr. 2.*

Res memoranda novis annalibus, atq́, recentis
Hiſtoriâ, ſpeculum Civilis ſarcina belli.

XII. Milites ſunt pedites, vel equites: quos prius adhibitos bello, quàm Pedites, haut rectè putat Ariſtoteles *4. polit. 13.* Id enim antiquorum Iſraëlitarum expeditiones refutant, quæ ſolo cõſtiterunt pedidatu. Sed uti alteris præſtent: ſeu in pedidatúne, an equitatu, robur exercitus conſiſtat? major & controverſa magis eſt, majorisque momenti, ac etiam vetus quæſtio. De qua Machiavell. *2. diſp. 18.* Vegetius *2. cap. 11.* Lipſ. *5. cap. 7.* Kirchner, *diſp. ult. th. 2. lit. d.* Claude Fauchet *tr. des chevaliers cap. 1. à princ.* Ranzov. *1. com. de Bello cap. 11.* Scipio Amirato, *diſcurſ. lib. 19. cap. 2.* Henry de Montagu, *en maximes politiques nu. 4. fol. 98. &c.* Ego in univerſo Bello, Pedites palmam habere, & equitibus prævalere: ſed pro ratione loci & prælij, equitatu indigere puto. Tã pedites quàm equites in bello neceſſarij ſunt. Sed hic illud quæritur tantùm, anne id, quod per pedites expeditur, præſtantiùs ſit eo, quod equitatu peragi ſolet.

let. Superioribus seculis, tam in Germaniâ, quàm in aliis orbis Christiani partibus; exercitus equitibus ferè constabant: quia nemo nisi nobiles, nobiliúmque ministri militabant. Ac certa & secura multò magis est statatia peditum pugna. *Vous engagez vostre valeur, & vostre fortune, à celle de vostre cheval: ses playes & sa mort, tirent la vostre en consequence: son effroy, ou sa fougue, vous rendent ou temeraire, ou lasche; s'il a faute de bouche, ou d'esperon, c'est à vostre honneur, à en respondre.* ut eleganter loquitur Michel de Montaigne *l. d. essais cap. 48. fol. 265.* At asserunt Sancti Patres, non solùm Regi, *Deut. 17. v. 16.* sed & toti populo Hebræorum, prohibitum fuisse equorum usum. Et id confirmant, ex illo Josuæ 11. *vers. 9.* ubi Deus volebat, potius debilitari, & interfici equos, quàm ab Hebræis possideri. Verùm excessus tantùm, seu multiplicatio equorum, prohibita Regi fuit; ne scilicet tempore belli, confideret in robore eorum (volebat enim Deus, miraculosè & extraordinariè victoriam Israelitis largiri) ne item in superbiam Rex erigeretur, ex nimio equorum fastu acque pompâ; ac ne ad alendos tot equos, gravia subditis imponeret tributa. vid. Mart. Becanum *in analog. veteris & novi testam. cap. 16. quæst. 11.* Ducebant verò equites Romani, funales aut dextrarios equos (ex quo Franco-Gallis remansit vocula *destriers*) quos item desultorios nominabant. Ac etiam Sextus Pompejus Grammaticus innuit, duobus seu paribus equis in præliis usos fuisse Romanos: indeque esse parariũ æs Numidis quoque desultorum in modum, binos trahentibus equos, inter acerrimam sæpè pugnam in recentem equum, ex fesso armatis transsultare, mos erat: tanta velocitas ipsis, támque docile equorum genus fuit. Et item Romani, effrænatos sæpè in hostes equos immittebant, qui ultrò citròque, cum magna hostium strage, infractis omnibus hastis, transcurrerunt. Vid. Montaign. *d. cap. à princ. & fol. 269.* Antiqui item, curribus insidentes, in hostes pugnabant. Montaigne *lib. 3. cap. 6. fol. m. 910.* Quæ nunc cuncta usus ignorat. Peditatu solo exercitus constare nequit cum Pedites semper sint tardiores. Et ad commeatum importandũ equitibus omninò opus est. Langey, *fol. m. 167. lib. 2. Nostre gendarmerie, qui estoit ordinairement à cheval, & les ennemis n'ayans aucune cavallerie pour faire escorte à leur fourrageurs, en peu de jours furent affamez, de sorte qu'ils furent contraints de faire leur retraitte.* Militiæ optimus Magister Blaise de Monluc. *des comment. lib. 1. ad fin. fol. 74. b. Les ennemis n'avoyent aucun homme à cheval dans Carignan, qui estoit cause qu'ils estoient tenus à l'estroit d'une coste & d'autre.* E contra magnus fuit Gallorum error, & militaris solæcismus; quòd in prælio Pictavienſi, cõtra Anglos, pedites non habuerunt. Froissart. *tom. 1. cap. 161. & 198.* Licet aliàs Gallici equites præ aliis commendentur. *La gendarmerie Francoise*

coiſe ne ſe laiſſe comparer à autre nation. Bellajus Langius. 1. *fol.* 72. *Les Imperiaux de long temps ont re doubté la gendarmerie de France.* ibid. *lib.* 2. *fol.* 118. Helvetij etiam, locorum natura adjuti, contra Principes Auſtriacos, peditatu deſtitutos, feliciſſimè bellarunt. Et mētionem Stumpfius *lib.* 10. *cap.* 31. facit cujusdam Glaronenſis, ſo ſich in einem bequemen Wortheil wider zwantzig Reiſigen gewehret. Omnes quidem Scoti, quōdam in bello equitabunt. Froiſſart. *tom.* 1. *cap.* 18. Perſarum etiam militia equitibus ſolum conſtat: quàm maximam labem eſſe Soranzius cenſet. *cap.* 71. Qui idem refert. *cap.* 14. in equitatu ſubſiſtere omne penè bellicum Turcarum robur. Verum Traduccius *fol. m.* 270. ſcribit: Cum milites eorum leviter ſint armati, & ad excurſiones quam ſtatarias pugnas magis idonei, majorem in equitatum, quàm peditatum curam collocant. Sed ubi oppugnationes aggrediundæ ſunt, vel aggeres demoliūdi, aut foſſæ ſuperandæ, vel præcipitia occupanda, in quibus equorum nullus eſt uſus, peditum operâ utuntur exercitatiſſimorum; quorum qui maximè præſtant, ſunt Janizzari, quibus plurim ùm fident, quod eorum virtute ac fortitudine plurimas victorias ſint conſecuti. Fatentur tamen imperfectam ſuam eſſe militiam, propter tantum equitum numerum, qui ad exercitia pedeſtria inutiles eſſe ſolent. Fugatis quippe equitibus, quod ſupereſt *refugium* ad pedites, pertenue eſt, & exiguum propter eorum paucitatem. Quibus non comprehenduntur Aſappi, quòd fere inermes ſint, & ad pugnas protinus inutiles: in peditatu enim gravitas potius & præſtantia armorum, & robur ac vires corporis, propter vehementem impetum, quàm agilitas atque dexteritas requiritur, hac Turcæ præſtantiores, quàm illa exiſtunt, unde eorum exercitus, ut dixi, plus in excurſionibus, & velitationibus ſeu tumultuariis pugnis, quàm in alio belli uſu valet. Sanè in Græcia ſub Philippo & Alexandro, Phalanx Macedonica, & in Italia legiones, militiam pedeſtrem tam celebrem reddiderunt, ut plus ponderis ſæpius, quàm equeſtris habuerit. Legio Romana 6000. peditum, ſolis 300. equitibus conſtabat, eundem morem Carthaginenſes obſervarunt, unde graviora damna Romanis, quàm quævis alia natio populiſſima, intulerunt. Ac adeò in pretio fuit apud Romanos peditatus, ut Dictatori equum aſcendere illicitum eſſet. Plutarch. *in Fab. Max. fol.* 338. Seculo ſuperiori diſciplina militaris, propter crebras Barbarorum excurſiones in Italiam, graviter fuit labefactata, quod majori ex parte equitatu conſtaret, cujus uſus contra hoſtem minus commodus exiſtebat. Nec error agnitus fuit, donec Helvetiorum quædam Turmæ, Italos, magno ſuo cum damno, prudentiores reddiderunt, experti namque peditum aciem rectè ordinatam, ab equitatu difficillimè ſuperari poſſe, quin contrarium ſæpius evenire, ut ad Carmino-

minolam contigit: cum victi jam equites ab Helvetiorum turma in terram descendere ordinibus rectè dispositis, inire pedestre prælium coacti, superiores tandem hoste extiterunt. Peditatus igitur non potest superari, nisi ab alio peditatu meliùs instructo & ordinato. Equites Romani, extremo periculo urgente, sæpius ab equis descenderunt, & victorias illustres pedestri certamine, contra equites & pedites, sunt consecuti. Idemque Julius Cæsar, *lib. 6. de bello Civil.* alio quodam exemplo confirmat, hujus rei hæc videtur causa reddi posse; quòd qui Pedes pugnat, firmiùs subsistere, vel hosti instare, vel cedere prolibitu possit: Secus verò qui eques certat, calcaribus & freno efficere, nec suo modo, equum, qui modò parum, modo nimiũ velociter, vel tardè incedit, regere queat. Huc accedit, quod equi nonnunquam refractarij sint vel calcetrosi. Denique facilius Pedes, equum vel equitem ferire potest, quàm ut ab equite vulneretur, quod hîc pro lubitu ictum tendere & stringere non possit. Quoties equitatus ultrò leviſſimas ob causas in fugam se conjecit? In pugna contra Pyrrhum & Hannibalem, equos Elephantorum odor fugavit. Idem Crœsus Camelorum operâ, & Hetrusci cum carris strepitũ excitantibus effecerunt: Selimus tormentorum maniariorum sonitu Persas & Soldanum in fugam conjecit. Quod autem hodiè equitatus prævalere censetur, in causâ esse puto quòd pedites omnes sclopetarij sunt, nec proindè ad statariam pugnam apti: quodque nulli lancearij ipsis adjunguntur, irruptionem equitum impedientes. Aut annè nostro seculo præstantius est equitum robur; ob stapedum (der Stegreiff) usum; qui olim ignorabatur. Magius *Miscellan. 2. cap. 14.* Et nempè ij non solùm securum magis sessorem reddunt; sed & ascensum ac descensum commodum præstant. Indéque Romani olim lapides passim in publicis viis constituebant, ne alterius ope in equum sublevari equitantes cogerentur. Plutarch. *in Tiber. & Gaio Gracchũ.*

XIII. Non milites tantùm, sed etiam Duces in promptu habere Respublica debet. Regemorterus *serm. polit. fol. 256.* Et certè Ducis egregij virtus, præstat exercitus virtuti. Sic prudenter loquitur Hieron. Conestag. *lib. 4. de Portugalliæ & Castellæ coniunctione.* Placuit Hispanis electio Ducis Albani. Militum enim Hispanorum virtus, inutilis esse videbatur, si Duce, talibus digno destitueretur: Albano verò Duce, etiam quemcunque exercitum, sufficere putabant. Et refert Plutarch. Chabriæ apophthegma: Formidabiliorem esse exercitum cervorum, duce Leone, quàm Leonum, duce cervo. Ac demonstravit item Coriolanus, cùm exulatum in Volscos abiisset, Ducibus validiorem, quàm exercitu, rem Romanam esse. Liv. *lib. 2.* Solùm ipsum sæpè Ducis nomen, cùm est illustre, parvâ vi, magna Bella confecit, Contra Machiavell. *discurs. lib. 3.*

cap.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [42] - 40

*cap.*13. Dn.Piccart. *p.m.dec.*17.*obſerv.cap.*9.& Loys Guyon.*tom.*3.*des diverſes Lecons lib.*2 *cap.*20. Ipſa docet experientia multa maxima pericula, & difficultates Ducum prudentiâ averſas & ſuperatas fuiſſe, ubi copiarum robur vanum extitiſſet: Plurimi exercitus ex abjectiſſimis hominibus collecti, maxima ediderunt belli facinora, ſtrenui Ducis virtute allecti & conducti. Nec unquam legimus Ducem puſillanimum & abjectum ex optima conſtituta militia fortiorem & prudentiorem evaſiſſe. Achill. Traduccius *in Turc vincibil. fol.m.*262. Duces autem neceſſe eſt ut non modò ſint boni milites, ſed & boni viri: tùm auctoritate, tũ prudentiâ & veritate, ac moribus præſtantes. Lipſ.*5.polit.*15. Hoennon. 7.*th.*14. Et perperàm Ariſtot.*5.polit.*9. ac poſt eum Lencius *obſerv.polit.* 183. magis peritiam, quàm virtutis & morum rationem in Duce habendam exiſtimant. Quem hodiernum vulgò judicium, inconſultè admodùm ſequitur. Felicitas enim comes eſt virtutis, conſilij, rationis. Non ſola Nobilitas hîc eſt reſpicienda. Amirato 17. *cap.*3. Sicque de Imperio Turcico Soranzius *cap.*4. ſcribit: Cùm hoc Imperium virtute bellica primùm naſci & oriri, exindè per eandem creſcere, indies ceperit, ut vi magis, quàm amore ſuſtineatur, certum eſt cunctos, qui aliqua nominis ſui gloria tenentur, militiæ ſeſe tradere, per quam & divitias acquireret, & honores præ aliis conſequi ſe poſſe ſperant. Hic enim mos in Turcico Imperio vulgo receptus eſt in honorum & munerum diſtributione, ut non is, qui nobilitate generis alios ſuperat, exceptis iis, qui in aulâ ſerviunt, vel cubiculo Imperatoris præficiuntur, ſed qui fortitudine & experientiâ rei bellicæ reliquis præſtat, ad ſupremas dignitates evehatur, quas immenſæ opes & divitiæ neceſſariò ſequuntur. Indè fit ut nunquã huic Imperio Duces ſpectatæ experientiæ, & probatæ fortitudinis deeſſe poſſint, idque vel maximè, cum quivis etiam ex privatis militibus per gradus ad ſupremum belli Imperium pervenire poſſit. Non audaces etiam belli Duces eſſe debent. vid. Cominæ. *lib.*5.*cap.*5.*fol.*392. Sed magis prudentes. Paruta *lib.*1.*diſcors.*5.*fol.m.*88. Huc pertinet quod ad Principem Parmæ Princeps d'Oria dixit: (apud Pierre Matthieu. *lib.*4. *narrat.* 3.*num.*5.*fol.*112.) *Ie ſcai quelle eſt ma charge, mes cheveux ſe ſont blanchis en l'apprenant. Voſtre excellence ne doit rendre compte au Roy Monſeigneur. que d'une picque, & ie luy dois reſpondre d'une armeé, en la quelle ſi bien la fortune m'a failly, ie ne veux point que les autres parties requiſes à ma charge, le courage, l'auctorité, ny l'experience me defaillent, ny qu'on me puiſſe reprocher d'avoir failly en cela.* Prudens cumprimis eſſe debet Dux belli, qui occaſionem, quâ prævalet, intelligere poteſt, & illius quoque arripiendæ eſt potis, & inſuper conſilia & naturam intelligit hoſtis. Qui ſcit tempori ſervire, munitus eſt principaliori virtute, in belli Du-

ce neceſſariâ. Tutiùs item Senes, quàm Juvenes eliguntur. Lencius *obſ.* 325. Imò Lanovius eum optat, qui ſemel fuerit in prælio victus. *in diſcurs. paradox.* 2. Et item is præferendus, qui per militarium officiorum aſcenderit gradus. Piccart. 10. *cap.* 5. De boni Ducis officio & artibus latè etiam diſſerit R. P. Adamus Conzen. *lib.* 10. *polit. cap.* 22. & exemplum etiam egregij ac probi Ducis, præbere poteſt vita Petri Bajardi, Gallicè conſcripta. Xenophon *in inſtit. Cyri & hiſt. expedit. Cyri Iunior.* eâque de re ita ſcribit Monluc. *lib.* 2. *ad fin. Il faut avoir de grandes & loüables parties, pour eſtre bon Capitaine. (e n'eſt pas tout d'eſtre vaillant & courageux, il faut tant d'autres pieces en noſtre harnois.* Pulchrè Spartianus *in Peſcenio Nigro*, emendat primùm Tribunos, de in militem: Miles tamdiu timere non poteſt, niſi integri fuerint Tribuni & Duces militum. Non imitetur quis Luculli exemplum, qui cum ſolum divitem ſe feciſſet, cum hoſte ejus milites congredi noluerunt, ſed loculos vacuos monſtrantes, voluerunt ut ipſe etiam ſolus pugnaret. Plutarch. *in Lucull. fol.* 1022. Non debet eſſe magis Mercator quàm Dux, quod in Craſſo repræhenſum fuit. Plutarch. *in Craſſo fol.* 1095.

CAP. III.

De Armis.

I. ARma hîc nobis vocantur omnia inſtrumenta, quibus ad vim inferendam, vel illa tam propulſandâ, cominùs vel eminùs, offenſivè vel defenſivè utimur. Quæ olim ærea erant; non de ferro. Leonicus Tomæus 1. *de var. hiſt. cap.* 51. Druſius *Ebraicar. quæſt.* 1. *cap.* 71. ac de armis veterum vide Adam Conzen *lib.* 10. *cap.* 16. (qui item de machinis antiquis agit, *cap.* 19. & veterem militiam cum noſtrate confert. *cap.* 59.) & pro uſu ac more cujusque gentis, variant arma. vid. Althus. *cap.* 34. *fol.* 567. Amirato 2. *diſcorſ.* 4. Quibus armis inſtructi Tartari in Bellum proficiſcantur, tradit Soranz 1. *cap.* 28. Arma offenſiva & defenſiva Turcarum quæ ſint, explicat idem. *cap.* 40. Achæorum arma reformavit Philopæmen. Plutarch. *in vitâ fol. m.* 707. Qui idem *in vita Demetrij fol.* 613. mentionem facit duorum thoracum ferreorum optimæ temperaturæ, & ſimul denotat pondus veterum armorum. Hodiè arma Belgarum maximè probantur, ſed certè armorum prærogativa non omnibus eſt nota: ſiquidem ea proficiſcatur è ſubtili hominis ingenio: cùm nimirùm perpenditur diligenter, quæ arma hoc loco, hoc tempore, & in hiſce actionibus utiliter adhibeantur; quòd qui non diligentiùs obſervârit, contrarium ſuo conatu eventum experietur. Traduccius *fol.* 28[illegible].

Haſto-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [44] - 42

Haſtorum etiam alicubi ſupra à me facta mentio fuit. Et quoque idem Traduccius *fol.* 335. cenſet; inter omnia armorum genera, præſtantiſſimas eſſe, haſtas illas prælongas, quas Macedones Sariſſas adpellâſſe credit: adi Plutarch. *in Paul. Aemil. fol. m.* 478. & de omnibus armorum generibus *ibid.* Traduccius agit, eúmque adire operæ pretium eſſe puto. Miror etiam genus illud haſtarum, quas vulgò *halebardes* vocant, non ampliùs uſurpari; cum iis etiam in fugâ quilibet ſe defendere poſſit: & ſane nunc cum ſolis ſclopetariis bella geruntur, plus terroris quàm virium habent conflictus, nec diu durant, neque item in noſtratibus præliis, tot, quod olim, cadunt. Ac ſi quis frontem ſclopetariis muniat, celeríque curſu cominùs hoſtem aggrediatur; facillimâ operâ, iis, qui tractabilibus & manuariis illis haſtis promptè utuntur, fugare poterit hoſtem. Quâ etiam ratione Lucullus, Barbaros, qui eminùs ſolùm telis & ſagittis pugnabant, vicit. Plutarch. *in vitâ fol. m.* 101. Teſtem produco fidum ſatis Blaſium de Monluc. *lib. 3. des comment fol.* 177. *En toutes les deux troppes du Seigneur Corneli & de moy, il n'y avoit pas une ſeule arque buſe, ains picques, halle bardes, & eſpées à deux mains, toutes armes pour nous joindre incontinent, collet à collet. Ce ſont les plus furieuſes armes: car s'amuſer à ces es copeteries, c'eſt temps perdu, il faut ſe joindre: ce que le Soldat ne veut faire, tant qu'il y a des armes à feu, car il veut tousjours porter de loing.* Sed tamen hæc omnia pro conditione hoſtilium armorum, ejusque belli gerendi rationis, mutari debent. Sicque Anonymus auctor hiſtoriæ belli Africani, quod Sebaſtian. Portugal. geſſit, *cap.* 9. ſcribit: Eo genere militum qui haſtis prælongis ſunt armati, nihil, ad bellum in Barbaria gerendum, ineptiùs, aut minus utile eſſe. & *cap.* 12. refert. eos aliud nihil egiſſe, quàm ut totidem haſtas reliquerint Barbaro hoſti. Quodque his pro totidem ſclopetariis, quos hoſti debuiſſet objicere, fuerit uſus Sebaſtianus, ex iisdem certiſſimam ruinam ſibi fuiſſe machinatam. Nocuit tandem etiam Gallis, qui Anno Chr. 1517. pro Dano in Suecos feliciter antea pugnarunt, quod haſtis plerique fuerint armati: eò quòd in ſilveſtribus locis invaſi fuerint. Bellay *lib.* 1. *fol.* 43. *&c.*

II. Præſtat ergò Bombardâ gladius, & is qui cæſim ferit, eo qui punctim hoſtem offendit. Non proſunt miſſilia, niſi cùm eminùs pugnatur. Sicque de Gallis Aſiam inhabitantibus, ac à Romanis oppugnatis, Livius *decad.* 4. *lib.* 8. ſcribit: Sagittis, glande, jaculis, incauti, & ab omni parte configebantur: nec quid agerent, irâ & pavore occæcatis animis, cernebant, & erant deprehenſi genere pugnæ; in quod minimè apt ſunt. Nam quemadmodum cominùs, ubi invicem pati, & inferre vulnera licet, accendit ira animos eorum, ita ubi ex occulto, & procul le vi-

levibus telis vulnerantur; nec quô ruant cæco impetu, habent: velut feræ transfixæ, in suos temerè incurrunt. Et regulariter tamen, gladius, aptissimum est militiæ instrumentum: Lucanus *lib. 8.*

Ensis habet vires, & gens quæcunq; virorum est,
Bella gerit gladius. ———

Il est plus apparent de s' asseurer d' une espeé, quæ nous tenons au poing, que du boulet, qui eschappe de nostre Pistole: en la quelle il y a plusieurs pieces, des quelles la moindre, qui vienne à faillir, vous fera faillir vostre fortune. Montaign. *d. cap. 48. fol. 266.* Et non perperàm porrò usus militiæ hodiernæ, reducit gladios latos, cæsimque ferientes. Liv. *decad. 4. lib. 1.* de prælio Romanorum, cum Philippo Macedonum, loquens: Qui hastis, sagittisque, & rara lanceis vulnera facta vidissent, cum Græcis Illyriisque pugnare assueti; posteaquam gladio Hispaniensi detruncata corpora brachiis abscissis, aut totâ cervice desectâ, divisa à corpore capita, patentiáque viscera, & fœditatem aliam vulnerum viderunt; adversus quæ tela, quosque viros pugnandum esset, pavidi vulgò cernebant.

III. Sed utcunque gladiorum, ac etiam tormentorum penetrãs vis sit; & eam tamen amuletis nescio quibus, hebetari, corpúsque illæsum servari posse, ajunt nonnulli. Et vetus superstitio hæc fuit, olim etiam apud Paganos. Ita Cycnum invulnerabilem, ab Achille fuisse strangulatum, memorant Poëtæ. Ovidius *lib. 12. metamorph.*

——— *Rursus sine vulnere Corpus*
Sincerúmque fuit, nec tertia cuspis apertum,
Et se præbentem valuit distringere Cycnum.
Tum verò præceps curru fremebundus ab alto
Desilit: & nitido securum comminùs hostem
Ense petens, parmam gladio, galeámque cavarũ
Cernit; & in duro lædi quoq; corpore ferrum.
Haud tulit ulterius: gladioq; adversa reducto
Ter quater ora vivi capulo cava tempora pulsat;
Cedentemq; sequens instat, turbátq; ruitq;,
Attonitòque negat requiem, pavor occupat illum.

Sic & talem fingunt casca Germanorũ carmina, corneum illum Sigrifredum: talem item facit suum Orlandum Ariosto. *cant. 29. n. 62.*

Ma la pelle touvo dura, come osso,
Anzi via piu ch' acciar; ch' Orlando nato
Impenetrabil era, & affattato.

Item *cant. 11. Stanza 50.*

E ben si fece far subito piazza,
Che lor si volse, e Durindina prese,

S' haveo

S'havea creduto quella gente pazza,
Che le douesse far poche contese;
Quandone indosso li vedea corazza,
Nè scudo in braccio, nè alcun' altro arnese;
Ma non sapea, che dal capo à le piante
Dura la pelle havea più che diamante.

Suntque qui & amuleta hæcce solvere se jactant; quam item virtutem Rugerij gladio adscribit, ille Idem Italus Poëta. *Cant.30.n.59.*

——— Poco giova
Contra la spada, che non scende in fallo,
Che fu incantata; non per altra prova,
Che per far ch' a' suoi colpi nulla vaglia
Piastra incantata, & incantata maglia.

Sed ratio tam ligaturæ, quàm solutionis talis; cùm certè nec Naturæ, neque item Divino miraculo adscribi queat: consequens est, illicitæ Magiæ assignari eam debere, ex pactóque vel expresso, vel implicito, cũ hoste generis humani provenire. Nec dubitari debet Christianus ullus, quin præstabiliùs longè sit, si Deo sic fuerit visum, oppetere mortem, quàm impiis remediis talibus, vitam sibi comparare, & vicissim animæ facere jacturam. Philipp. Camerar. *Horar. succisiv. cent.2.cap.ad fin.76.*

IV. Tandem & hoc addo, armaturâ tam pedites, quàm equites indutos esse debere. At intolerantissima laboris corpora, quæ nunc habemus, arma humeris gestare recusant, hujusque ignaviæ nostræ excusationes quærimus multas. Verùm consuetudo, & hîc staturam immutare potest: ac constat seculo superiori, Principum Aulæ ministros, etiam tempore Pacis, semper armatos fuisse: alludit hîc Arioſto. *Cant.12. num.30.*

L' husbergo in dosso haveano, & l' elmo in testa,
Due di quelli guerrier d' i quali io canto,
Ne notte, ò dì, dapoi ch' entraro in questa
Stanza, gl' haveano mai mesi da canto.
Che facile à portar comme la vesta
Era lor, perche in uso l' aveano tanto.

Attamen haud gravia nimis esse debent arma; qualia fuêre Parthorum, Claudianus *in Ruffin.l.2.*

Flexilis inductis hamatur lamina membris,
Horribiles visu, credas simulacra moveri
Ferrea, cognatoq; viros spirare metallo.
Par vestitus equis, ferratâ fronte minantur,
Ferratósque movent securi vulneris armos.

addatur Montaigne 2. *des eſſais cap.* 9.

Inſerere hîc placuit, de Bombardis ac item de Typographia, ante aliquot annos à Me vulgatam (ſed nunc interpolatam, & non paucis in locis auctam) hiſtoricam diſſertationem.

De Bombardis.

I. INventorem Barbardæ [quæ à bombo & ardeo ſatis apto vocabulo nomen eſt ſortita] Germanum fuiſſe, Polydorus Virgilius tradit *lib.* 2. *de Inventor. rer. cap.* 11. eúmque ignobilem admodùm; cui caſu in mentem venerit, efficere tale quid. Servâſſe namque eum aliquãdo domi in mortario pulverem ſulphureum [ſed cum nitro mixtum] cujusdam medicinæ faciendæ causâ; illúdque texiſſe lapide, ac indè contigiſſe, ut dum ignem ex ſilice propè excuteret, intrò ceciderit ſcintilla, ſubitóque eruperit flamma, ac lapidem tulerit in altum; & illum ejus rei casu hoc edoctum, poſtea ferreâ fiſtulâ factâ, & pulvere confecto, machinã reperiſſe. Sanè inventio Bombardarũ, Berchtoldo Nigro, vulgò ſchwartz; Monacho Franciſcano, homini germano, deditóque Alchymiæ, communiſſimè, & uno ferè conſenſu adſcribi ſolet. Anton. Guibert. *in Polyhiſtore cap.* 9. Pasquier *lib.* 4. *des recherches cap.* 21. Dn. Cruſius *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 4. Vincent Lupanus *de magiſtrat. Francor. lib.* 1. *t. d. Magno Magiſtro Artilariæ.* Herman Kirchner, *diſputat. de Republ. ult. th.* 1. Henr. Salmuth *ad Pancirollinora reperta, cap.* 18. *fol.* 685. *ac ſeq.* Johan. Camman. *diſp. de Iurib. Maieſt.* 8. *auctar.* 6. Et quoque eundem, hanc ſolam ob cauſam [judicio propè parili, quo Perillus olim, Tauri ænei Inventor] juſſu Imperatoris Wenceslai. Anno 1389. fuiſſe exuſtum, non nemo notat. Dn. Goldaſtus *in not. marginal. ad Felicis Fabri hiſtoriæ Suevor. lib.* 1. *cap.* 8. & Dn. Cruſius *part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 13. Et nominatim, daß man Anno 1380. zu Augſpurg erſtlich mit Büchſen zu ſchieſſen angefangen. Johan. Stumpfius refert, lib. 13 cap. 4. In der Schweitzer Cronick ſuggerunt alij, aliud nomen; nempè Petri Germani Peripatetici. Alexander Surdus Ferrarienſis, *de rer. inventorib. lib.* 2. *fol. m.* 49. Alij adhuc inventum illud, adſcribunt Chymiſtæ cuidam Colonienſi, *ex Cornazzano* Hieron. Magius. *Miſcellan. lib.* 1. *cap.* 1. & Nicol. Tartaglia, *lib.* 3. *delli queſiti, quæſt.* 5. alij neſcio cui Monacho in Jutiâ ſeptentrionali,

ex

ex Achill. Gassaro, Gerhardus Mercator, *in descriptione Daniæ tab.* 2. ac quoque, ut Bombardarum Inventoris, mentionem fecit. Cōstantini Anklitzen, Salmuth. *loco jam mod. laudato.* Occasionem Inventionis, pressiùs indagavit Michael Majerus, *in vero inventore, seu de muneribus Germ. c.* 4. & Chymistam hunc, lapidem illum, qui sapientiæ humanæ reputatur culmen, adfectasse; & spurium hunc non vitæ, sed mortis pulverem prodijsse censet. Quippe nam Philosophi tradunt, quod tinctura eorum, ex corpore, spiritu & anima conficiatur; ac ex spiritibus constet, quorū unus alium complectatur. Hinc omnes ille Spiritus minerales inquisivit, inter eósque sulphur præcipuum agnovit: est namque sulphur, pater metallorum; & absque eo nil fit in tota arte. Sexcenta testimonia sunt, quæ in sulphure statuunt omnem perfectionem; licet ea cuncta, non de vulgari nostrate, sed Philosophico sint intelligenda: quod easdem cum illo habet qualitates, at absque ullâ combustili igneitate. In nomine itaque hæsit author ille, & sulphur accepit commune, pro suâ intentione complendâ; tanquam spiritum summè calidum ac siccum: & hasce, ut spiritu aliquo contrario temperaret qualitates, omnem perveſtigavit naturam; reperítque tandem, talem esse Salempetræ. (Ac fuit aliàs salnitrum cognitum ab antiquo; illúdque Arabes & Avicenna, *Bauracb*, vocare solent. Tartaglia. *dict. lib.* 3. *quæst.* 1. *&c.*) Abindè haut abludere videntur Chymicorum lusus, qui non rarenèr dicunt: Adamum hunc lapidem secum portâsse è Paradiso; & quemlibet eum secum habere; seu esse in te, in me, & in quolibet alio, ut Morienus ait. Addunt ex loco fætido, & sterquiliniis eum extrahi debere. Lapis, clamant omnes nullius precij est, & in sterquiliniis conculcatur. Nihil in aurificio impendendum, lapidem haberi gratis, & jacere projectum in viis, deque eo sumēdum, quantum cuique placeat, nec alicujus veniam impetrandam; invenin aliquando in stabulis antiquis, esse vilissimum &c. Dicunt quoque, qui saporem Salium non gustavit, nondum eum incepisse. Quæ omnia concordant, & quasi digitum intendunt in Salem petræ. Conficitur etenim is, ex hominum urinâ, aliorúmque animalium, & ovium præsertim; ac reverâ latet in sterquiliniis, stabulísq; vetustis: exindè si depromptæterræ, affundatur aqua lixivium dat, quod post decoquitur in salem petræ. Verùm Spiritus absque Corporibus, cum nihil operetur, quia sustentaculum non habet, seu corporeum subjectum, in quo manere possit, hos igitur spiritus, coagulandos esse censuit Artifex ille, in terrâ aliquâ fixâ, quæ non fugiat, & fugientes apud se conservet, figat & moretur. Peti hæc debuit ex eâ naturâ, quæ metallis adplaudat, iisq; proprietate occultâ assimiletur; si non ex metallis ipsis. Metalla imperfectâ si comburantur, planè moriuntur; perfectâ comburi non possunt. Ad vegetabi-

getabilia igitur ascendendum fuit; inter quæ corylus, cognationis aliquid habere videtur cum metallis; cùm præbeat divinatoriam virgulam, indicem latentium metallorum sub terrâ. Dicunt, in metalliferis montibus, hanc plerunque in vertice crescere, atque indè vim illam occultã ei imprimi per Astra; quâ metallis assultet, & ea latentia prodat. Sumpsit itaque virgulas ex corylo, & in carbones igne suffocativo redegit; carbones in pulveres. Si enim in cineres comburerentur, omne oleum & humiditas radicalis evanesceret; quam remanere tamen, par est, in Philosophicâ illa terrâ. Probabile ergò admodum videtur Majero, hocce fuisse initium Pyrij pulveris fortuitæ inventionis: utpote cuius experimento sæpius repetito, facilè fuit machinam metallicam & oblongam invenire. &c. Idem hicce sensus, elegantibus Ryhtmis expressus est, *in Gymnasmate* Dn. Georg. Gumpoltzheimeri. *part. 2. section. 9.*

Die Königin zeugs allerhand
Die hand eines Alchimisten fand/
Wann anders die Warheit bericht/
Der Teutsch/so erzehlt diese geschicht.
Zu Maintz einer thet stossen thun/
Salpeter/Zinober/vnd Alaun/
Ein Scheidwasser darauß zumachen/
Zu dissolviren etlich sachen/
Ein Teller er befestigt hett/
Auff den Mörser damits blieb nett/
Vnd als er Künstler brauch nach/
Das Glaß vnd Offen zurichten gach/
Auff den Mörser vngefehr
Schön zugemacht/legt noch ein stein schwer/
Vnd darauff kein gedancken hat
Daß sich hernach begeben that/
Nach dem ers Fewr hat angeblasen/
Das lutirt Glaß dran trucken zlassen/
Vnd sich hinzu dem Eisen gesatzt/
Das Fewr/als pflegt/hin vnd wider platzt/
Ein fünclein auff deß Mörsers rand
Ein stüblin gedachtes Pulvers fand/

Ent-

Entzündts sampt dem im Mörser noch
Das mit dem Stein ein grosses loch
Schlägt in das Tach/welches allda sach
Der Meister/dacht im besser nach/
Bald an statt deß Aluns forirt
Geschicklich koln/incorporirt,
Schwefel an deß Zinobers statt
Solches etlich mahl versuchen that/
Endlich als in ein holen stein steckt
Zünd diß an/in Hauß groß platzn erweckt/
Diß war der Büchsen erste geburt/
So durch viel proben funden wurd/
Von der zwey Kinder jhr herkommen
Scopietto vnd Spiegarda genommen/
Diß teufflich kunst außm Land verweißt
All ander zeug/die Stätt auffschleuft/
Vnd vor jhrm starcken Donnerknal
Zittern die bewehrte Schwadern all.

II. Causa verò Physica tanti impetus, violentiæ & fragoris tormenti bellici, hæc existimatur. Pulvis Pyrius inditus tormento, in angusto spacio est; cum ab unâ parte, ferrum sit circumquaque, ab alterâ obturamentum: illo itaque incenso, inq; ignem flammeum transeunte, necessariò majus requiritur spacium, fortè millies & amplius adhuc. Hinc oportet vel machinam rumpi, vel obturamentum displodi: undè quò machina longior exstat, eò motus fit fortior & celerior, (ne magnũ contentum, sit in parvo continente) imò & certior (cum secundum lõgiorem lineam globulus emissus, facilius eam continuet, usque ad metam.) Quamvis nobilissimus quidam Bombardarum Præfectus soleat adfirmare; Bombardam non nimis longam, vim majorem habere, quàm quæ longior exstat: illiúsque rei Serenissimo Würtembergiæ Duci, experimentum non fallax præbuisse, ajunt. Pulvis porrò Pyrius, ut hunc impetum & vim efficiat; secundum tria, ex quibus componitur, triplicẽ habet facultatem: primò ut accendatur facilimè, quæ est in sulphure; altera, ut ignis incensus tãquam in fomite foveatur, ne mox extinguatur, quam præstant carbones; tertia, ut sit vis impetuosa, quę est in sale petræ. Hic enim sal, igni admotus effervescit, & ebullit; non quidem extinguẽs, sed

Mich. Majer. *munerũ German. c. 4. fol. 113. & seq.* Tartaglia *d. lib 3. d. quæsiti. quæst. 4.*

sed pascens flammas, veluti Draco evomens, ac etiam instar infernalis ignis, omnia metallica consumens; etiam chalybem ipsum: strepitus fit, ut in nubibus, ex collisione corporum celerrimo motu; nè vacuum omninò fiat, vel penetratio eorum mutua, sibi invicem cedentium succedentiúmque. Nam ferè aliquid est in arte, quod non habeat analogum quidpiam in naturâ: ac planè nil nisi fulmẽ artificiale videtur esse Bombarda. Ejus sanè ictus, à fulmine, quoad ignem, itemque effectus alios, non tantùm nil differt; sed & illud aliquando superare videtur. ut, *ex Francisco Rota & Paræo* deducit Salmuth, *supr. dict. cap. fol. 683. & c.* Movent humanas mentes tonitrua, fulminàque è nubibus extrusa perterrent; eadem arbores scindunt, dejiciúntque, turres, operosáque ædificia demoliuntur, nihílque non obvium perfodiunt; eadem planè, tormenta bellica, tonitruis suis, tremendísque ejaculationibus præstare videmus. Multò propiùs ad fulmen accedit Bombarda, quàm illud quondàm Salmonei inventum:

Virgil. *lib. 6. Aeneid.*

Quatuor hic invectus equis, & lampada quassans,
Per Grajum populos, mediæq; per Elidis urbem
Ibat ovans, Divúmq; sibi poscebat honorem:
Demens, qui nimbos & non imitabile fulmen,
Aere, & cornipedum cursu simularat equorum.

Sed nec Materia, fulmen à pyrio pulvere differt. Nil magis puerile & ridiculum est, quàm Aristotelis, Senecæ, consimiliúmque meteorologica Philosophia: quam solus planè cognitam habuisse putatur Theophrastus Paracelsus; qui de fulmine *in lib. Meteoron. cap. 8. operum Argent. in fol. impressorum pag. 89.* ita scribit: **In diesen stralischen Sternen / ist der** Sulphur **im höchsten** gradu, **der Salpeter in der höchsten feißte / der** Mercurius **in der höchsten** contrarietät: **dann der** Sulphur **ist das** Corpus, Nitrum **ist der** Spiritus, **vnd** Mercurius **ist** contrarium **in sie beyde: also schärpffer dann der** Nitrum, **vnd gewaltiger dann** Sulphur. **Von den dreyen wird der Donner / Stral vnd Wetter / daß das aller grösseste ist deß gantzen Firmaments** &c. *vid. cap. 10. ac de Meteoris librum 4. pag. 1041. & c. Item librum 3. pag. 117. & 125.* Verissima est hæcce de Fulmine Philosophia; non solùm experientiâ confirmatâ; sed & ea prodita est ab ipso Mose; qui Deuteron. *cap. 29. vers. 23.* dicit; sulphure & sale combustionis, terram Sodomæ atque Gomorrhæ, fuisse subversam.

III. Unanimi voce plerique dicunt, usum Bellicum Bombardarum, Venetis primùm innotuisse: earúmq; vim, primùm perpessos fuisse Genuenses, in bello illo, à Venetis contra ipsos ad Fossam Clodiam suscepto, circa Annum Christi 1380. Ubi Genuenses se quidem interfici sentiebant; quo tamen teli genere, non animadvertebant. Guicciardin.

lib. 1.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [52] - 50

lib.1.m.fol. 89. *&c.* Pado Interiano, *in ristretto delle hist. Genovesi lib.* 4. Hieron. Magius *lib.*1. *miscell. cap.*1. (ubi ita prodere ait omnes auctores, quos ipsi legere contigerit, qui hâc de re loquuntur) Polyd. Virgilius. Kirchnerus. Panciroll. & ibi Salmuth. *supra nominatis locis.* Sed quàm plurima tamen evincunt, non Syrij solùm pulveris inventionem; verùm & usum Bombardarum antiquiorem multò: nec etiam Berchtoldo illi Nigro attribui posse inventum, neque Venetos id in usu habuisse primùm. Haut forsan audiendus est Johann. Petrus Maffejus, *hist. Indicæ lib.*6. qui ænea tormenta conflare, vetustissimo in usu apud Sinas esse prodit, eosdemque tormenta solutilia habere, ac per partes imposita bajulis aut jumentis, quocunque opus est, sine vectatione circumferre: quod & Consalvus Mendoza, *hist. d. China part.*1. *lib.*3. *cap.*15. alijque rerum Indicarum scriptores produnt. Nam & Alex. Valignanus, qui in Indiis Orientalibus diù vixit, *in admirandi Regni Chinensis*, scribit: Chinenses à Lusitanis, usum sclopetorum accepisse, & magnum jam hujusmodi sulphureorum tormentorum vim, in Chinâ reperiri; neque dubitandum, peritiam iis utendi, exercitatione Chinenses aliquando adepturos. Faciliori adhuc facilitate, fides denegatur fabulis Ariosti, qui *in Orlando Furioso cant.*10. Logistillæ, nescio cui in Indiâ Magæ, nostratibus consimilia attribuere videtur tormenta: cum & ibi Hieronymus Ruscelli *in annotat.* dubitet ipse, númne intelligat modernas, an verò veterum Romanorum machinas militares. Scrupulum tamen injicere cui posset quod idem Ariostus, *cant.*9. Camoscum Frisiæ Regem, (quê tempore Caroli M. vixisse refert) sclopeti ictu Holandiæ Comitem, cũ duobus filiis transverberâsse, prodit. Hunc autem singulari certamine, cum Rolando Palatino certantem, bombardam quidem in eum emisisse; quam cũ exiguâ corporis declinatione vitâsset, antequàm ille Bombardam denuò oneraret, Rolandum gladio impetiisse Chimoscum, uno icto caput ejus diffidisse, acceptaque bombardâ nunquam antea visa, ne in perniciem aliorum bonorum, ampliùs usui esse posset, in mare eam projecisse. Namque & Cornelius Kempius *lib.*2. *de Frisia cap.*20. ac pariter Philipp. Camerar. *medit. hist. centz. cap.*28. *fol.*118. historiam hancce ut veram, referre videntur. Pulveris item tormentarij confectionem, Fratri Rogerio Baconi innotuisse, patescit ex ejusdem Epistola, *de secretis operibus artis & naturæ*, ubi *cap.*6. scribit: Soni velut tonitrus, & coruscationes possunt fieri in aëre; imò majori horrore, quàm illa quæ fiunt per naturam. Nam modica materia adaptata, scilicet ad quantitatem unius pollicis, sonum facit horribilem, & coruscationem ostendit vehementem. Et hoc fit multis modis, quibus civitas, aut exercitus destruatur; ad modum artificij Gedeonis: qui lagunculis fractis, & lampa-

Dn. D. Thomas Lansius, *in cõsult. de Princ. interpr. Princ. Europæ fol.* 897.

lampadibus igne exsiliente cum fragore inæstimabili, infinitum Midianitarum destruxit exercitum, cum trecentis hominibus. Mira sunt hæc, si quis sciret uti ad plenum, in debitâ quantitate & materiâ! Et obiit Rogerius ille Anno salutis humanæ 1284. ut Balæus testatur, qui etiam inter opera ejusdem recenset, libellum de vigore artis & naturæ: qui idem cum hâc eâdem Epistola est, cujus modò feci mentionem. Ita tum temporis Pyrius pulvis inventus quidem, sed nondum vulgò vulgatus fuit. Verùm & Petrarcha, *de remediis utriusq; fortunæ. dialog. 99.* sua ætate, non solum Ballistas, aliásque machinas usurpatas demonstrat, sed & Bombardas ipsas, quas glandes æneas vocat, quę flammis injectis, horrisono tonitru jaciuntur. Erat, ait ille, hæc pestis nuper rara, ut cum ingenti miraculo cerneretur: nunc ut rerum pessimarum dociles sint animi, ita communis est, ut unum quodlibet armorum genus. At satis constat Petrarcham Anno à Christo nato 1374. obijsse. Aut ergò hæc, à recentiori assuta sunt manu, aut jam ante Genuense bellum, notissimæ fuerunt Bombardæ. Namq; etiam Præceptore meo, Dn. Martino Crusio, asserente, *part. 3. lib. 5. cap. 9.* Anno Christi 1372. Augustæ, Bello cõtra Würtembergicum & Bojos durante, viginti ęnea tormenta fusa fuerunt. Et Anno Christi 1378. Johannes Arovienſis tria tormenta ænea in atrio Ulrichiano Augustæ fudit: quorum maximum torqueret globum ferreum 172. librarum, alterum 70. minimum 50. ad spacium mille passuum. Idémque artifex onerandi, explodendíque artem tradidit Senatoribus tantummodo tribus. Dn. Crusius *part. 3. lib. 5. cap. 12.* Historia item rerum gestarum Alphonsi XI. Castellæ Regis, edocet; Barbaros Anno ab ejusdem Christi natalibus 1343. Bombardas informes tamen, (dolia namque ignivoma appellantur) & multis antea seculis in bello usurpâsse. Magius *sep. dict. loco.* Pedro Mexia *en silva de varia Lecion. lib. 1. cap. 8.* Quâ de re ita scribit Joh. Mariana de rebus Hispaniæ, *lib. 16. cap. 11.* Excussa tormentis tela, lapidésque à nostris; Barbari ex urbe contrà, ferreos globos, cum igne & fragore, pulverèque tormentario ejaculabantur, haut levi sæpè nostrorum damno. Hujus tormenti mentionem, nunc primùm in historia factam invenio. Hactenus Mariana. Et memorat tamen Petrus Messias *dict. loc.* diù antè, in Chronicâ Alphonsi Regis, qui Toletum cepit, mentionem fieri bombardarum ferrearũ; & instar fulminis ignivomarum, iisque usum fuisse ait, in navali quodã prælio, Tuneti Regem, contra Regem Seviliæ Mauritanum. Ex *Giovan. Villani*, refert M. Pietro Spino, *lib. 4. de hist. de vita & fatti d. Bartholomeo Coglione fol. 120.* Anno 1346. Eduardum Angliæ Regem, in quodam prælio contra Philippum Valesium, bombardis, ferreos globos unâ cum igne evomentibus, terruisse equites Gallorum; quod tamen Frossardus

ſardus (qui ſollicitè illud prælium deſcribit. *vol.1. cap.* 130.) aliíq; Franco Gallici ſcriptores, planè ſilent. Veruntamen Froiſſard, *tom.1. cap.48.* mentionem facit bombardarum, *des canons & de l' artillerie* : Anno 1340. item Anno 1355. *tom.eod.cap.*158. Johann.de Beka, *in Chron.Vltraject. Epiſcop.in vita Guidonis Epiſcop.*42. *fol. m.* 95. Belli cuiusdam mentionem facit, quod Friſonibus cum Hollandis fuit; & inter alia ita ſcribit: Illuſtres Armigeri (in Caſtro Vollenhog. obſeſſi) adimplerunt tunellam fomento lardi, ſtupæ, *Salispetræ*, picis ac *Sulphuris*, quam ex omni parte circumſtipaverunt ferratis vinculis. Hanc igitur tunellam inextinguibiliter accenſam, audacter ejecerunt ſuper tectum vicinæ Machinæ; quæ tenacibus uncis affixa, protinùs adhæſit poſti ligneo: & ecce levis aura flammi gerum rogum paulatim ſuſcitans, circumaſpexit in ſuperiori cænaculo, ex quibus poſtes, trabes, & crates cum L. Friſonibus inextinguibili concrematæ ſunt incendio: porrò cæteri Friſones ſtridorem tàm æſtualis flammæ nequaquam tolerare valentes, corruerunt extemplò de ruituraiam Machina; qui confractis cruribus & lacertis vix erepti ſunt à morte tam acerrima. Nauclerus inſuper, originem huius machinæ ad tempora Ottonis IV. & Innocentii III. Anno 1213. referre videtur. Cùm is Imperator, collecto milite, duas Hermanni Turingi fortiſſimas munitiones funditùs iis deſtruxerat. Eodem modo Crãtzius, *alicubi in Wandal.* ſcribit: Chriſtophorum Danorum Regem, in prælio bombardæ ictu occiſum eſſe, anno 1280. Fieri itaque potuit, ut olim rudiori formâ bombardæ fuerint; quæ ad perniciem humani generis commodiùs paulatim effectę ſunt, ſicut nunc paſſim conſpiciuntur. Ferèque eſt, ut credam, græcum illum ignem, quo in palæſtrinâ Ludovicum Sanctum Galliæ Regem, mirè offenderunt Sarraceni; vel bombardam, vel pyrium pulverem fuiſſe. De eo enim ita ſcribit Jan Sire, Seigneur de Jonville, *cap.* 28. *Il faiſoit tel bruit à venir, qu' il ſembloyet que ce fuſt foudre du ciel; & me ſembloit un grand Dragon, volent en l' air: & ſi rendoit ſi grand' clairtè, que dans noſtre campi il faiſoit ſi clair, comme le jour.*

Camera. *medit. hiſt. cét. 3. cap.82.* Naucleum & Crãtziũ allegat.

IV. Ab unâ hac causâ, pyrio nempè pulvere incenſo, variarum machinarum formæ, ſuos adipiſcuntur effectus: quas dies & iugis docuit uſus, & adhûc dum indies expolit. Aliæ vocantur colubrinæ vel ſerpentinæ, ob longitudinem, aliæ aliis nominibus inſigniuntur. Sunt & mortaria magni hiatus, & amplitudinis, quibus globi ſaxei plerunque jaciuntur in altum, ut quæcunque attigerint, deſcendendo lædant. Camerar. *3. meditat. cap.82. fol.*328. Suntque bombardæ manuales, generis varii, quæ non niſi quantitate, uſusque modo, à maioribus differre videtur. Sunt prætereà Petardæ (à Pet, Gallicâ voce, quaſi crepitaculã dictæ) ad disjiciendas, frangendas vel aperiendas portas, murósve, inventæ, alterius

Major. *in Veris inVent. d.c. 4. fo.* 106. *&c.* Salmuth. *ad Pãciroll. d. loc. fol.* 692.

terius formæ quidem, sed virtutis & efficaciæ ejusdem. In bellō etiam rusticano ad Rastadium, juxta Salisburgum seditiosis erepta fuit lignea bombarda, longitudine 18. pedum, ferreis annulis circumvincta. Dn. Crusius *part.3.lib.11.cap.5.fol.611.* Deindè multa alia, ex eodem pulvere incendiorum genera fiunt, tam in bellis, quàm ad spectacula usurpandæ ut sunt Raketti, ignes volantes, dracones, & his similes. Fiunt quoq; globi ferrei concavi, insertis spiculis ab omni parte, pyrio pulvere repleti, qui projecti post certum tempus dissiliunt, & obvios quosque lædunt. Hùc pertinent candentes globi, qui ex majoribus basiliscis & colubrinis, in aggeres & munitiones firmiores jaciuntur; qui non solùm ignitâ vi acrius penetrant, sed & materiâ repertâ, excitant incendia funesta: de quibus Camerar. *centur.2.meditat.cap.28 fol. 118. & seq.* pluribus agit. Longo sanè tempore, usus bombardarum, in oppugnandis tantùm, defendendisque munitionibus frequens fuit; & nec rotarum volubilitate primitùs movebantur: sed trabibus infixæ immobiles ferè erant; quales adhuc aliquibus in arcibus Imperii Turcici videre licet. Petrus Bellonus *observ.lib.2.cap.4.* Bartholomæus verò Coleon, qui viginti ampliùs annis, Venetorum copiis cum Imperio præfuit: primus omnium in bello, quod adversus Mediceæ familiæ principatum, à Florentinis exulibus in Galliâ togatâ excitum est, instituisse dicitur, (attestante Jovio *in elog. lib.3.*) ut tormenta adversus aciem emitterentur: quum anteà in expugnandis tantùm, defendendisque urbibus usui esse solerent. Spingardas, inquit, ita vocabant, minora tormenta tricubitalis longitudinis, quę glandem pruni majoris magnitudine, violenter effunderent. Hæc parvis curribus inserta, post acies advehi, & signo tubâ dato, quo sua agmina relicto intervallo, hinc atque illinc panderentur, in oppositos hostes dirigi jubebat. Jovium tamen Pietro Spino, *in hist. delle vita d. Cogliome lib.4.* hîc errore labi, probat. Anno 1522. Pedites Galli, adhûc arcuballistis utebantur; paucis quibusdam Gasconibus exceptis. Quod memorat Blaise du Monluc, *lib.1.des commentair.fol.9.b.* quamvis Martin du Bellay, *lib.2.de memoir. mox à princip. fol.m.99.* non manuales solummodò sclopetos, sed & qui furculis innituntur (*mousquetes* vulgò vocitamus) jam Anno 1521. in usu fuisse narret. Equites pariter arcuballistis olim pugnabant: qui nunc ferè sclopetis; iisque varij generis, uti solent: quem tamen morem, cur non imitentur Turcæ, disputat Philipp. Camerar. *3.meditat. hist. cap.84. & seqq.* In Germaniâ certè jam anno 1389. Bombardarum manualium usus increbrescere cœpit. Tum temporis enim Augustani adversus Ludovicum à Landavv, sclopetarios aliquot Ulmam subsidio miserunt. Dn. Crusius *part.3.lib.3.cap.3.* ubi subjungit Anno 1517. seyen die künstliche Fewerschloß/ zu Nürnberg

oder Augſpurg erfunden worden. Sed & hoc addere lubet, portatiles bombardas, vulgò arcumbuſatos dici (Galli *arquebuſe*, Itali *archebugio*, *Hiſpani Arcabuz* vocant. Hocque ſignificare arcum perforatum; namque *buzo* Italis eſſe foramen, Vincentius Lupanus, *tract. de Magiſtrat. Francor. lib. 1. t. Magiſter artilar.* ait. Ego potiùs à Germanico Hacken-buchs detortum puto. Cuniculorum, paſſim mentio in hiſtoriis omniũ ſeculorum fit; quibus turres, muri, aliæque munitiones ſuffoſſæ, ſubſtructionibus ligneis ſuffultæ, & tandem ſuſtentaculis, igne conſumptis, ſubrutæ fuerunt: ſed ferè vix dicendo exprimi poteſt, quàm miſeri habeantur obſeſſi; ſi tormentarius pulvis, in haſce ſubterraneas indatur cavernas: quod inventum eſt Petri Navarri, ut Jovius & Guicciardinus non uno loco retulêre. Simile machinamentorum fuit, quo parùm abfuit, quin annos ante aliquot, potentiſſimus Rex Britanniæ, cum filio & præcipuâ nobilitate; mirâ calliditate in ſubterraneum locum clam importatâ magnâ vi pyrij pulveris, ab hoſtibus clandeſtinis everſo palatio, periiſſet: niſi divinitùs maturè detectis inſidiis, conſervatus fuiſſet. In uſu erant olim Bombardæ, magnitudinis ferè prodigioſæ; ſed docuit experientia, nimiam magnitudinem earum impedimento magis, quàm uſui eſſe. Et notat ut argumentum prudentiæ Gallo-Francicanæ, Compilator theſauri Politici, *tom. 1. relat. di Francia fol. m. 169.* quod bombardæ omnes, mediocris & æqualis magnitudinis inibi ſunt; ut ſcilicet globorum parilis magnitudo, omnibus inſervire ac utilis eſſe queat. Anno 1381. Flandri ſeditioſi, Audenardam obſidentes, bombardâ utebantur, longitudine 50. pedum, quæ petrâ ponderis prodigioſi onerabatur, ejusque ſonitus, interdiu ad quinque leucas, noctu verò decem, exaudiebatur: ut memorat Bernhard Girard, *hiſt. de France tom. 2. lib. 17. fol. m. 361. & ſeq.* Quod & ſimul credere me facit, bombardarum inventionem, jam ante tempus vulgò creditum *vid. ſupr. num. 3.* cognitum fuiſſe. Quamvis ille idem Girard. *lib. 21. fol. 741.* oblitus eorum, quæ dixerat priùs, Annum 1400. vel 1380. huic invento adſcribat. Hùc referri poteſt, (ut rurſus veniam ad recentiora) quòd Robertus Guagninus, *lib. 10. c. 29. hiſtor. Francor.* memoriæ tradidit. Per eos dies, inquit, Anno ſalutis M. CCCC. LXXVIII. machina ingens, quam bombardam dicunt, Turoni conflata, & indè Pariſium vecta, triſte ſui ſpectaculum præbuit. Ad Div. Antonii portam extra muros, cùm inſtructa & compoſita prorsùs à peritis eius operis eſſet: dum pila ferrea, pondere quingentarum librarum, in cavum machinæ devolvitur, ignem excutit, quo pila ipſa repentè depulſa, machinę imprimis authorem, moxque quatuordecim ibi aſtantes viros, ita diſſipavit, ut per aërem membra profecta, ægrè potuerint inveniri.

V. Pro-

V. Prodiit anno 1608. scriptum, sub titulo, der von Gott bestimmten Zahlen deß Antichrists/1260. entlicher außgang vnd ende. ubi *fol. 7. & seq.* Bombardas nostrates prædictas, simúlque graphicè descriptas esse dicit, à Divo Johanne, in Apocalyps. cum *cap. 9. vers. 17. & 19.* ait: Et vidi equos in visione, & qui sedebant super eos, habebant igneas loricas & hyacinthinas, & sulphureas: & capita eorum erant tanquam capita leonum; & de capite eorum procedebat ignis, & fumus, & sulphur. Potestas equorum in ore eorum est, & in caudis eorum: nam caudæ eorum similes serpentibus: & in his nocent. Hæc quidem prophetia, alium planè sensum habet; sed tamen non præter meritum, inventum hoc, ejusque auctorem, multi quàm plurimis execrantur diris. Auctorem istum, ad humanum exitium natum esse, Polydorus Virgilius ait. Ideoque nomen ejus execrabile putat Cardanus; quòd illa tormenta, ad humani generis potiùs damna, quàm ad utilitatem videantur inventa. Quæ & ipsa, exsecratione digna censet idem Vergilius; quòd ab humano ingenio nihil iis excogitari potuerit horribiliùs. Imò haud adduci se posse ait, *lib. 3. cap. 18.* ut humanum ingenium invenisse hæc credat; sed potiùs malum quendam Dæmonem mortalibus monstrâsse, putat: ut inter se non modò armis, verùm etiam fulminibus pugnarent. Elegantissimè hâc de re, Italorum Poëtarum, post Petrarcham, maximus Ludovicus Ariostus, *in Orlando suo Furioso. cant. 9. §. 89. &c.*

O maledetto, ô abominoso ordigno,
Che fabricato nel tartareo fondo
Fosti per man di Belzebu maligno,
Che ruinar perte di segnò il mondo

Et item *cant. 11. §. 21. &c.*

Come trouasti, ô scelerata e brutta
Invention, mai loco in uman core?
Per te la mililitar gloria è distrutta;
Per te il mestier de l' arme è senza honore.
Per te è il valore, e la virtù ridutta,
Che spesso par del buono il rio migliore;
Non più la gagliardia, non più l' ardire
Per te può in Campo ad paragon venire.
Per te son giti, & anderan sotterra
Tanti Signori, e Cavalieri tanti &c.

Exindè jam usu venit, ut inviolentia bombardarum, sclopetorum &c. omnis fermè peditum vis, omnis equestris splendor, omnis denique bellica virtus, indecorè consistat, jaceat, obtorpeat. Polydor. Vergil. 2. *cap. 11.* Quòd si Archidamus Agesilai filius, cùm Catapultæ jaculum (ut Plutarchus

chus *in Apophthegmat. Laconicis* retulit) tunc primùm ex Siciliâ advectum vidisset, exclamavit: ô Hercules, viri periit virtus! Quid superioribus seculis, cùm tormenta hæc omnium, quæ post hominum memoriam excogitata sunt pernicioſissima, primùm conſpecta fuerunt, homines dixisse arbitramur? Profectò non modò virorum virtutem, opésque; sed validas quasque structuras, validósque urbium, arciúmque muros, dejectum, abolitúmque iri, confestim exclamâsse, credendum est. Idque & Alphonsus, Neapoleos agnovit Rex: cuius generosus veréque regius, atque heroicus animus prædicatur; sicut & à Collenutio, *histor. Neapol. lib.* 5. eiusdem encomium refertur, æternâ laude dignum. Cùm enim in navi prætoriâ, terrestre suorum prælium, cum Neapolitanis, quorum Dux erat Sfortia, videret, & nihilominùs ex suis triremibus, sua tormenta ex latere vibrare iussisset, obſervans fortia facta Sfortiæ inter prælian-dum, vetuit; ne in eum locum, ubi Sfortia pugnaret, tormenta emitterentur. Quam rem, cum Sfortia ex captivo Squarsiâ cognovisset: mandavit & ipse vicissim toti exercitui, ne tormentis deinceps peterent Alphonsi navem. Eâ olim humanitate, milites, Ducésque extra cruorem in Italiâ pugnabãt; ut prælii tempore, funalibus incensis, cum nox ingrueret, ampliùs quatuor millia equitum cataphractorum, admirabili, ridendáque hodiè ſpectaculi contentione, concurrere fuerint visi. Ut bella illa, si cum nostris hoc tempore conferantur, ludicra propemodùm videri possent: ut Ivoius simul ac Guicciardinus, alicubi scribunt. Nempè quia non solùm arma tàm defensiva, quàm offensiva, maxumè immutata, & ad interficiendos homines, arte perniciosâ sint inventa: verum & cum primis illa bellica tormenta, tàm maiora, quàm minora, in usu frequentiore, quàm anteà cœperint esse. Uno hoc bellico instrumento, omnia illa antiqua tolluntur, & ut supervacanea ac inutilia, abiecta mox fuerunt. ut nempè sunt Ballistæ, arcuballistæ, carroballistæ, &c. Quæ omnia, nunc nullius usus aut æstimationis sunt, præ hoc uno nupero tormento. Fuerunt sanè Græcorum pariter ac Romanorum machinæ, in bellis usitatæ, roboris & effectûs planè stupendi. Quin & ignes etiam tormentis iaciebantur: ut meminit *in Aurel.* Vopiscus. Ac cùm ab aliis ea iam sint descripta sollicitè, & quoque artificiosè depicta, illorum scrinia non cõpilabo. Et nec Franco-Galli, Germaníque nostrates, talibus tormentis destituti fuerunt: Anno 1417. Comiti Tokenburgensi, Veldkircham obsessam tenenti, subsidio Constantienses profecti sunt; **vnd brachten mit jhnen dahin ein Werckzeug/genannt der grosse Schupffer/der werff einen Stein zehen Centner schwer.** Sæpiusculè eiusmodi machinarum facit mentionem, Iohann. Froissant. *tom.* 1. *cap.* 50. Anno 1340. Iohannes Northmanniæ Dux, filius Philippi Valesii, Francorum Regis, oppidum

Magius *miscel.* 2. Camer. *cent* 3. *medit. histor.* c. 82. à *princip.*

non vsurpandum bombardis, nisi q̃ tut. cap.

Camer. *dict. Cent.* 3 *cap.* 83.

quoddam Belgii oppugnavit, & talibus balliſtis, ita vexavit obſeſſos, ut in cellis, aliisq; ſubterraneis locis morari cogerentur. *Les engins iettoiẽt nuict & iour, groſſes pierres, qui abbatoient les cõbles, & le haut des tours des chambres & des ſales; & en contraignoyent les gens du chaſtel, de demeurer en caves, & en celiers.* Et paulò pòſt, *Ceux de l' oſt, gettoient par leurs engins, chevaux morts, & autres beſtes mortes, & puantes, dont eſtoit là dedans en moult grande deſtreſſe &c.* Huiusmodi ac ſimilium inſtrumentorum bellicorum, mentio quoque fit, *cap. 60. 107. & 221. item tom. 2. cap. 2. 5.* Attamen ſingula hæc ludicra, quædã puerilia ſunt, præ bombardico fulmine hoc, ineffabilis ſimul fragoris atque cladis. Dn. D. Thomas Lans. *in conſult. orat. pro german. fol. 47. &c.* Diſputat equidem pro more ſuo ſubtiliſſimè Machiavellus; *diſp. de Republ. lib. 2. cap. 17.* quanti facere oporteat in exercitibus bellicas noſtri temporis machinas, & utrum tantam vim habeant, quàm vulgò eas habere putatur. Pariter ut Scipio Amiratus, *diſſert. polit. lib. 19. diſcurſ. 3.* cenſet; quò ad mœnia diruenda, hominésque interficiendos, & obſeſſos defendendos, eosdem antiquorum tormenta effectus peperiſſe. Ac nonnulli militiæ periti exiſtimare dicuntur; in pugnâ plus torméta illa ſtrepitus habere, quàm utilitatis. Fertur Iulianum Caroli Cæſaris, peditum Præfectum, Duci Sabaudiæ fuiſſe confeſſum; ſe ſæpè ad ſpeciem ſclopetariis uti ſolere; non ad neceſſitatem: ſed poſt primum impetum, aciem hoſtium celeriter ſubire, & abiectis fulminalibus gladiis victoriam parare; nec unquam hâc ratione fruſtrà pugnâſſe, vid. Dn. Lans. *dict. loc. orat. contra German. fol. 853. & ſeq.* Pertinet hûc, quod de Cyro Xenophon refert, *lib. 2. Inſt. Cyri.* Quodam tempore, antè Cyrum duas cohortes, ad certamen ludicrum, paratas conſtitiſſe. Ibi partem alteram glebas eiaculâſſe, ac tum loricas cratésque, tum & femur, ac tibias percuſſiſſe: ubi verò ad manus ventum eſſet; tùm partem alteram, cui erant ferulæ, adverſis plerosque femora, manus, aliásque corporis partes cęcidiſſe. Cyrum autem (ut porrò Xenophon refert) cum in tabernaculo quosdam videret, quorum alii tibia, alii manus obligata eſſet; quid ipſis accidiſſet? rogâſſe. Illi ſe glebis ictos perhibuiſſe. Et Cyro iterum quærente, utrum poſtquàm congreſſi fuiſſent, an cum abeſſent procul; reſpondiſſe ferigerulos, tum id ſe perpeſſos, cum procul abeſſent. at cùm ventum fuiſſet ad manus, tùm verò ludum pulcherrimum fuiſſe. &c. Verum hanc litem dirimant belli Duces experti.

Maier *in Verũ inventis d. cap. 4. f. 95. & ſeq.*

VI. Quod de Pandorâ, à Iove mortalibus dono data vulgò dici ſolet, idem de hoc invento intelligi ferè poteſt. Habuit illa omnis generis bona & mala commixta; ſicque pariter eſt in bellico tormento. Quæ mala in hoc non contineantur, & quæ bona? Iratus num Deus humano

generi,

generi, contulerit hoc munus, an verò pacatus, ambigere licet. Non autem absque Dei nutu, meréque fortuito casu, hoc inventum arbitrabimur prodiisse: quasi summum illud cœleste Numen, omnia Naturæ ac voluntati hominis, ingenio & arti committeret, nec ipsummet illa singula curaret. Sanè veluti pœna simul & præmium, ab eodem mortalibus communicatum esse, non impertinenter forsan dici potest. Nempè pro executione & vindictâ malorum, habet Deus varios exercitus, quos immittit iis, quos punire velit: famem, pestem, bellum, aquarum diluvia, incendia ignis, animalium noxiorum damna, terræmotus &c. Inter hæc pœnalis hæc machina referri, belloque adscribi debet, quod ut majori vi & efficaciâ geratur, hocce instrumentum, ei pro auctario accessit. Verosimile valdè est, si visse Deum singulari quodam judicio tam pernicioſum tormentum recenter reperiri; ut mutuo terrore affecti mortales, nec viribus ita confidentes, faciliùs alerent concordiam, & bella detestarentur, incerti & mortiferi ictus aleam timentes: ita hodiè non nisi audacibus, & ferè desperatis præliandum est, inter grandines flammarum. Quâ quoq; ratione, Trajanus Boccalini, 1. *ragguagl.* 46. lepidè excusat bombardarum inventorem; quasi nempè voluerit reprimere temeritatem gerendi belli: ac quidem, idem ille censet, adhûc alia prompta magis excogitanda media esse, quibus vilissimi mercenarij milites se invicem occidere queant. Et nempè idem ita loquitur Apollo. *Che per l'atroce bestialità di quelli, chi ardiscono di far la crudel risolutione, di vender la vita loro per lo vilißimo prezzo d'un Giulio il giorno; era forzato ad amare, che ogni giorno più crescessero le crudeli inventioni di presto estirpar dal mondo, cosi fetente carogna cosi diabolica semente dalla terra, che inde gnamente pasce huomini tanto pernicioſi.* Et sunt ideò, qui seriò pertendunt; inventionem bombardarum, pro ratione harum ætatũ, Reipublicæ utilissimam esse: Kirchner *d. Republ. supr. dict. disputat. ult. hypothesi* 1. ad defendendas nempè urbes, atque arces, Regionésque, contra robur ac vires potentiorum. Bombardæ sui efficiunt terrore, ut ne minores sint esca majorum. Ac certò, quòd hodiè latrociniis, receptaculísque latronum Germania caret, probabile est huic deberi inventio. Quod & agnoscit Claude Fauchet, *cap. ult. des origin. des chevaliers. &c. fol. m. 59.* qui ait: *Vn peu devant que l'Artillerie fut trouuè, & qu'on l'eut miſe en pratique, pluſieurs meſchants, & factieux s'aſſembloient en divers endroits, pour piller, & ravir le labeur des gens de bien. Tellement, que jamais perſonne n'eut peu abatre les chaſteaux & retraites des ces brigands, & pillards, aßis aux montagnes ou rochers, es quels ils ſe tenoient, ſans l'invention d'Artillerie.*

Stephã. Forcatulus, *de Imperio & philoſop. Gallor. lib. 4.*

VII. Sed ut ut tanta sit violentia bombardarum, ut non nisi fu-

gâ vitari queat: *vid. les laiſons* de Montaigne, *lib. 1. cap. 12.* & tamen magicâ vi, non impetus quidem, ſed quò minùs corpus perforet globus inhiberi, ac itidem ferri, gladiorúmque acies hebetari poteſt: id quod experientia ſat facit jam indies teſtatum. Et etiam Iohann Staricius, hâc de re tractat, *in ſuâ verſione Achillis Panopli*, Heldenſchatz inſcriptâ. Ac pariter media ſunt, quæ talem incantationem ſolvant, globíſque & ferri cuſpidibus reſtituant viam ſuã naturalem, die Loſung vulgò indigtaare ſolent. Id an naturaliter fieri queat? dubitant quidam, ac etiã aſſertant. Non abnuo Amuleta eſſe in Naturâ, contra incantationes; & Perſicariæ uſus, proditus libro ſingulari à magno Paracelſo, quandoque ſortilegis medetur morbis. Et ita etiam Franciſcus Valleſius *tract. de ſacrâ philoſoph. cap. 20. fol. m. 120.* ſcribit: Videtur conſentaneum, in ipſis naturalibus rebus, eſſe quasdam Dæmonibus gratas, quasdam ingratas, & quibusdam allici, quibusdam fugari naturaliter: ſiquidem inter omnes gẽtes, qui expiationibus curare morbos hujusmodi tentaverunt, res quasdam cavere juſſerunt, & quibusdam uſi ſunt; idq; divinitatis ipſius morbi causâ ſe facere, dicebant. Sunt qui etiam argumentum deducunt, ex *cap. 6.* Tobiæ, ubi in Hebræo, Sebaſt. Münſteri exemplari habetur: Accipies cor piſcis, & ex eo facies fumum ſubter veſtimenta ejus, & cum Dæmon odorem ejus ſenſerit, *fugiet, & non revertetur unquam.* Aſt vereor, ut in illâ ſolutione homines diabolus ludat; & ſæpiſſimè dum ejus vim, non per fidem abigere aliqui conantur, eidé ſe ſubdant planè.

De Typographia.

I. UNicum Typographiæ remedium eſt, contra tineas & blattas, omnis eruditionis inimicas: dum per ea antiqua volumina; & nec in uno aut altero ſolummodò exemplari (velut animalia quædam, quotannis unum aut binos edentia fætum) ſed mille aut ultrà, ceu fructiferæ arbores & plantæ, renovantur. Ita ut hâc jam induſtriâ ſit effectum; ut qui ſemel in lucem prodierunt libri, vix poſſint deinceps, poſteritatis oblivione prorsùs extingui, omnibúsque in locis deleri.

Imprimit illa die, quantùm non ſcribitur anno

Hæc eſt vera barbariæ victrix, armatáque Gorgone Pallas, ex cerebro hominis nata, in lucémque producta; ut ſapientiam rudibus inſtillet, & adverſarios ejusdem confundat; hoc eſt, in ſaxa & lapides convertat. Hæc tempori juncta abligurienti, & ſub mortalitatis jugum trahenti, frena injicit: illaque verè ars memoriæ eſt, mors oblivionis, ingeniorum Aſylum. Dn. D. Lans. *orat. pro Germ. fol. 48. &c.* Omnia olim calamo deſcri-

describebantur; quem in usum multæ constitutæ erant tabernæ, in quibus aliud nihil agebatur, quàm ut scriberetur: id quod multi laboris & sumptuum cumprimis plurimorum erat. Nunc autem, cum tantùm ab uno homine imprimatur literarum: quantum vix uno anno à pluribus scribi possit: nullum amplius supereſt opus, quod ab homine, quamvis non ita divite, desiderari queat. Mira typis excudendorum librorum ars; nulli nec dignitate nec utilitate, nec etiam subtilitate cedit: ut loquitur Hieron. Cardanus *lib. 17. de subtilitat. à princ. & de rer. variet. lib. 13. cap.* 64. Non enim facilè dijudicari potest, num in tanta facilitate ac celeritate, pulchritudo; an verò in tantâ pulchritudine, celeritas & facilitas admirabilior sit. Unam hanc, cum omnibus omnium veterum inventis, certare facilè posse, censet Iohann. Bodinus *Meth. histor. cap. 7.* Ac si Stephano Forcatulo credimus, *lib. 4. de Imp. & Philosophi Gallor.* superata fuit ferè munificentia Naturæ rerum, excogitata librorum excudendorum ratione. Philipp. Melanchton. *lib. 5. Chronicor. sub Frider. 3. circa fin.* artificium hoc, donum Dei esse, ait, divinitus humano generi communicatum; seculo hoc mundi senescentis, ætatéque jam effæti ac fatiscentis: ut studia luminis utriusque, prolatis è tenebris in lucem omnis generis codicibus vetustis, instruerentur copiosâ supellectile scriptorũ optimorum; ac imbecillitas & ignavia hominum, torpescentium fatali languore, sublevaretur. Utinam verò, (sic ait idem iam laudatus Melanchthon) tanto Dei munere grati uteremur; non ad obscurandam, sed illustrandam gloriam Dei: non ad disiungendas Ecclesias, sed copulandas! Et etiam Traianus Boccalini, pro solitâ libertate censet; occasione Typographiæ, factas fuisse Bibliothecas, numerosas magis, quàm bonas. *cent. 1. ragguagl. 35.* adde Petro Mexia *lib. 3. cap. 2.*

Polydor. Vergil. *de rer. inv. Gentor. lib. 2. c. 7.* Guido Pāciroll. *in not. repert. v. 12.* & ibi Salmut. *fol. 591. ac seq.* Mich. Majer. *de Veris invent. cap. 5. fol. 138.*

II. Sed ferè ut bombardarum, ita & æquè incerta est inventio Typographiæ. Eam versiculis elegantibus, Germaniæ transcribit Philippus Beroaldus.

O Germania, muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit vetustas;
Libros scribere quæ doces premendo.

Annum inventionis, & inventoris Argentinensis nomen, expressit *in Epitom. rer. Germanicar. cap. 65.* Iohann Wimphelingus (qui in hoc ipsum incidit tempus, ac circa annum 1508. vitâ cessit, & propterea magnam meretur fidem. Anno, inquit, Christi, 1440. Friderico III. Romanor. Imperat. regnante, magnum quoddam, ac penè divinum beneficiũ, collatum est universo terrarum orbi, à Iohanne Guttenberg (ex ordine Equestri) Argentinensi, novo scribendi genere reperto. Is enim primus

Cõsent. Iac. Maier *lib. 16. annal. Flandr.* Dn. Crusius *par. 3. lib. 7. c. 2.* Guilh. Paradin. *en la Chronique de Savoye, f. 333.* scribit: *un noble chevalier de Majẽce, appelle Jehan Gutemberg zũ Jungen.*

impressoriam artem, quam latiniores excusoriam vocant; in urbe Argentinensi invenit: indè Moguntiam veniens, eandem feliciter complevit. Et idem Wimphelingus, *in descript. vitæ Roberti Episcopi Argentin.* sub hoc Roberto, ait, nobilis ars impressoria inventa fuit, à quodam Argentinensi, licet incompletè. Sed is, cùm Moguntiam descenderet, ad alios quosdam in hâc arte similiter laborantes; ductu cujusdam Genßfleisch (quem Johannem nominant M. Scr. quoddam Chronicon Noribergense, quod apud me extat) ex senio cæci, in domo Bonimontis, Guttenberg (in qua hodiè est Collegium Juristarum) ea ars completa fuit: Et in laudem Germanorum sempiternam. Successum Typographici artificij *dict. cap. 65.* describit ille idem Wimphelingus, ac sic ait: Interea Johannes Mentel, id opificij genus inceptans, multa volumina castigatè ac politè Argentinæ imprimendo, factus est brevi opulentissimus. Huic successit Adolphus Ruschius, mox Adolpho Martinus Flachus; qui & ipsi Argentinenses, in natali solo cum laude & gloriâ hanc artem exercuerunt. Nec solùm nostri in hâc arte Argentinæ floruerunt; sed eandem etiam alibi tractantes, & decus & emolumentum sunt consecuti. Ita Sixtus Rusinger Argentinus, Neapoli Anno 1471. libros quomodo imprimi possint, primus monstravit: ob quod factum, Ferdinando & Neapolitanæ nobilitati charissimus extitit; huic sæpè ab ipso Rege, Episcopatus & amplissimæ dignitates oblatæ sunt. His omnibus, Patriam Argentinam præferens, ad nos concessit, estque hodiè vitâ superstes; vir ob dignitatem sacerdotalem, & senium reverendus. Præterea Ulricus, cognomento Han / sub idem ferè tempus, formas librarias, rem inauditam, nec unquam Romanis visam, Romam attulit. Eâque occasione, Campanus & aliquot docti existimaverunt, hunc Ulricum natione Gallum fuisse; quod planè falsum est: is tamen error inde emanavit; quòd cognomen familiæ traductum fuit in Latinum. Itaque Ulricus Han / cum hoc divino opificio, rem literariam, ex inopiâ ad ingentem ubertatem perduxisset; Antonius Campanus in illum jocatus, hoc tetrastichon edidit:

Anser Tarpeij Iovis, undè quòd alis
Constreperes, Gallus decidit. Vltor adest
Vlricus Gallus, ne quem poscantur in usum,
Edocuit, pennis nil opus esse tuis.

Theod. Bibliander *tr. de ration. cõ. omn. linguar. fol. 82.* Estienne Pasquier

Quod ergò nonnulli adscribũt excellentissimæ rei inventum Civi Moguntino & nonnulli quidem Johanni Fausto, & ad annum circiter M. CCCC. LII. prorogant ortum ejus; indè accidit; quòd primus inventor excogitatam à se artem in Patriâ, Moguntiam descendens, aliis etiam adjunctis, perfectiorem reddidit. Quæ quidem paulatim ad

eam

eam perfectionem, quam nunc habet perducta est. Petrus autem Ramus, *lib. 2. Scholar. Mathem.* rectè Johannem illum Faustum, Johann. Fust, adpellat. Ei namque adstipulatur exemplar officiorum Ciceronis, in membrana Moguntiæ primò, ut putatur, impressum. Id hanc in fine continet inscriptionem: *Præsens M. Tullij clarißimum opus, Ioh. Fuſt, Moguntinus Civis; non atramento, plumali cannâ, neq; æreâ; ſed arte quâdam perpulchrâ, manu Petri de Gernsheim pueri mei, feliciter effeci. Finitū anno 1466. die 4. Mens. Febr.* extat hoc opus (teste Henr. Salmuth) in Bibliotheca Augustanâ, itidē aliud vidi olim in Bibliothecâ Palatinâ Heidelbergæ, ac nuper etiam tali, in pergameno excuso, me donavit Dn. Valent. Andreæ: ejusdémque pariter mentionem facit Estienne Pasquier. Quod si primùm hoc impressoriæ artis opus fuit, (quod certè innuit elogium jam modò dictum, ancipitibus, dubiisque verbis rem hāc describens) necessùm est; ante id temporis artem hanc potiùs tentatam, quàm in effectum deductam fuisse. *Eloge duquel vous pouuez recueillir, qu'en ce liure feut fait le premier coup d'eßay de l'impreßion; lors fraischement inventee. Autrement il eut eſté un grand ſot; d'en faire un ſi grand fanfare*: ut loquitur Pasquierus. Sed verò eadem ferè verba leguntur, in quodam, Petri Lombardi, opere, vetustissimæ impressionis: Anno Domini 1486. octavo Nonas Martij, textum sententiarum non atramentali pennâ, cannâve; sed quâdam ingeniosâ arte imprimendi, cunctipotenti aspirante Deo, in egregia urbe Basileensi Nicolaus Kesler feliciter consummavit. Et jam Anno 1462. **Hat Churfürſt Diether zu Mentz/wider Graff Adolffen von Naſſaw/naher Speyr/ein offentliche/vom erſten Truck zu Mentz getruckt Schrifft/vberſendet.** Lehman. *lib. 7. cap. 105.* Refert quoque Joann Walchius, *in decad. tabular. fabul. 9. fol. 181.* vir omni fide dignus; Faustum illum (cujus jam facta mentio fuit, & qui ipse, antequàm in vulgus artificium emanaret, atque in occulto adhûc teneretur, non segniter Moguntiæ laborabat) cùm Sacrorū Bibliorum à se impressis aliquot voluminibus instructus esset, Lutetiam cum suis exemplaribus, ac novo hoc fœtu contendisse, quæstum illîc ut faceret. Ac posteaquam priore tempore, unicum Bibliorum exemplar, quod totum membranâ constabat, & impigri ac solertis alicujus Scribæ seu Bibliographi manus, assiduo labore, post longum tandem tempus, absolutum reddiderat, quadringentis aut quingentis coronatis venisset: Faustum sexaginta, magis tolerabili precio, sua singula coronatis vendidisse. Ac primò non mediocris animos hominum admiratio subibat, quî factum esset, ut singula ita sibi exactè Exemplaria responderent, ut in tāto literarum numero, orationis longissimâ serie, ac distinctionis immutatione, ne unicum jota, per totum librum, aut minimus apex variaret; qui

lib. 4. des recherch. cap. 21. Salmur. *supr. d. loc. fol. 193. & seq.* Melo Adami, *in Vitis Germanor. philosophor. à princ. in Vit. Ioan. Gutenb. & Ioann. Fausti.*

qui in alio codice non compareret: ſed per omnia certiſſimè ſibi, & paginæ, certò item, ac debito ſuo loco conſtarent. Nec hujus rei rationem capere potuerunt. Cunctantibus porrò ſpectatoribus, atque emptionē protrahentibus, ſuorum quædam exemplariorum, quinquaginta Fauſtus coronatis conceſſit, (ut à Mercatoribus, & ab illis, ſua qui venalia habent, fieri ſolet, ut forum auſcultent, & pro illius conſtitutione, precium vel intendant vel remittant) tandem quadraginta coronatis proſtituit ac vendibilia fecit: & multò etiam minoris permiſit. Cùm verò, qui primò mercati erant, ſequentibus ſe multò viliori precio, tandem etiam minimi venditos à Fauſto libros percepiſſent, atque imprimis de hoc ſcribendi, ſeu exarandi literas mirabili modo, ac rei artificioſo compendio quodam certiores fierent, quòd hîc nimirum non longi labores, nec magni ſumptus requiſiti, ſed omnia & ſingula exemplaria ſimul, unâ ferè eâdemque operâ, arte quâdam facillimâ, perfecta atque impetrata eſſent: à Fauſto falſos ac deceptos ſe clamabant. Itaque libros ſuos venditori quidam referentes, pecuniæ reſtitutionem urgebant: quandoquidem pluris quàm dimidiâ, quin tribus aut etiam quatuor juſti precij partibus circumventos ſe perſenſiſſent. Atque ita quidem repetundorum numorum ſatagebant, atque artifici moleſti erant, ut cùm Moguntiam Pariſiis reverſus Fauſtus eſſet, adeò homo & illic urgeretur, ut, quà ſe ſalvaret, Moguntiâ Argentinam tranſire habuerit neceſſe. Sunt qui cuidam Moguntino, cognomine Schäffer / inventum trãſcribunt, Et certè Anno Chriſti 1529. impreſſus eſt Appianus, ad cujus finem hæc ſequentia habentur: Impreſſum Moguntiæ, in ædibus Joannis Schoeffer, à cujus Avo chalcographicè olim in urbe Moguntiaca primùm inventa, exercitaque eſt. Et etiam ex Achille Gaſſaro. Dn. Cruſius *part. 3. lib. 7. cap. ult.* refert. Ars hæc Anno 1450. inventa eſt ab Iohanne Fauſto, Moguntiæ: literis primò è ligno factis: deindè ex Orichalco: tandem è ſtanno. Secretam tenuit ille artem, conſcio tantummodo Petro Schoeffero. Tractata eadem eſt. 1460. Argentorati, ab Johanne Guttenbergo. Anno 1469. ab Ulrico Han. Germano, Romæ. Anno 1470. à Sixto Raſſingero, Neapoli. Anno 1475. à Conrado Finer, Eslingæ. Anno 1470. ab Joann. Zainero, Ulmæ. Anno 1485. à Conrado Denckmuto. ibid. Anno 1490. ab Heinrico Quentelo, Coloniæ: & à Nicolao Keslero, Baſilææ. Anno 1492. ab Antonio Koburgero, Noribergæ. Anno 1495. ab Hanſone Hammane, dicto Hertzog. Pariſiis primus Typographus fuit Hanns Klein, Johannes Parvus, vel *le petit*. Sanè Typographia in Purbachij tabulis ad Regiomontanum referri videtur: inter cujus opera, ars illa mirifica literarum formatrix, tentata ſaltem

ſaltem appellatur. Thom. Freigius, *orat. Antiquitatem non ubiq; novitati præferendam. & addita eſt* Anquit. Roſini, *edit. prior.*

III. Invaluit quidem opinio apud nonnullos, quendam per Mare Germanicum & Balthicum navigantem, in Chinenſium regionem, qui olim *Seres* dicebantur, fuiſſe delatum: eundémque animadverſiſſe, artem imprimendi ibi exerceri. Viſis itaque & probè conſideratis typis ac formis illis, in Germaniam reverſum, ſimilémque chalcographiam concinâſſe. Pancirol. *in nov. repert. tit. 12.* Sicque atteſtatur Ioh. Petrus Maffejus, *hiſtor. Indic. lib. 6.* Chinenſes literas, imaginésque, ſubjectis prælo typis excudere (quibus commentis recentibus Europæ adeò glorietur) & id vetuſtiſſimo in uſu apud Chinas eſſe. Garzias ab Horto, *lib. 2. Aromat. apud Indos naſcent. cap. 38.* artem Typographicam tam vetuſtam, & ſemper apud Chinenſes uſurpatam eſſe ait, ut omnem hominum memoriam ſuperare videatur. Ioh. Conſalvus Mendoza, *part. 1. lib. 3. cap. 16.* artem iſtam, unâ cum ipſo Regno Chinæ, principium habuiſſe, & inventam à quodam fuiſſe, prodit, quem Incolæ inſtar Numinis venerentur. Ac ita etiam ſcribit Ioh. Hugo Linscotanus, *part. 2. Indiæ Oriental. cap. 26.* Typographiam Chinenſibus fuiſſe in uſu, ante aliquot ſecula; habere libros excuſos, annis quingentis, ſexcentisve priùs, quàm in Europâ ea fuerit inventa, eſſe pariter ibi refertiſſimas Bibliothecas. Hiſce ſimiliter Iovius adſtipulatur, *qui lib. 14. hiſtor.* inquit: Quod maximè mirandum videtur, in Indiâ artifices ſunt Typographiæ, qui libros, (in quibus hiſtoriæ & ſacrorum ceremoniæ continentur) imprimant more noſtro; quorum longiſſima folia, introrsùs quadrata ſerie replicantur. Id quoque genus pagellas, clariùs etiam deſcribit Maffejus: & paſſim nunc à raritatis ſtudioſis colliguntur atque oſtentantur. Attamen Germani ſoli, Typographiæ noſtratis, de quâ hîc agitur, uſum reperiſſe, tàm certum, quàm quod certiſſimum eſt: Chinenſium verò rudimenta, non ad eam ſpectare, ſed ad tabularum impreſſionem, à Typographiâ multùm diſtantem. Ac inſuper nil aliud efficiunt, hiſtorici illi Chinenſes, quàm verum eſſe illud Ariſtotelis pronunciatum, quod ita ſe habet: Nil prohibet, artes easdem, à diverſis, vel eodem, vel etiam diverſo tempore, citra ullam communicationem inveniri. Nec ullum profectò incommodum eſt, rem unam eandémque, & novam & veterē cēſeri: ad diverſos populos relatione. Melch. Guilandin. *de papyro memb. 26.* Typographiam verò à Chinenſibus per Scitas & Moſchos, in Germaniam fuiſſe derivatam, dicit quidem Mendoza, dicit & Iovius, aliique ſed nemo unquàm probabit. Quæ enim unquàm fuit converſatio Chinenſium & Germanorum? non per terram, cum in viis deſertis, & terræ ſpacio immenſo, nullíque ferè homini permeabili disjungantur.

Dn. Lāz. *orat. pro Germ. f. 896. &c.* Michel Majer *in verū invent. ſapè dict. cap. 5. fol. 132.*

Non per mare; cùm haut sit transitus è Balthico in Indicum Mare. Eliud Nicolai, In der Relation / was sich in beederley Indien zugetragen / *in præfat.* Quodque ars Typographiæ, ex Germania in alia regna, per Germanos fuerit translata; docent vetustissima exemplaria librorum impressorum. Sicque in Bibliothecâ Academicâ Basileę (teste Dn. Buxtorffio, viro undecunque Clarissimo, illiúsque Academiæ lumine splendidiore) habentur libri Romæ impressi; ut sunt Hieron. Epistolæ, B. Th. Aquinatis opera, ac alia; illustri chartâ & charactere, Anno 1470. ubi præfationes docent, tunc primum ex manuscriptis, novo invento millena exemplaria unum diem dedisse, arte & operâ Germanorum. In fine Thomæ hi leguntur versus, ex quibus Germani Typographi agnoscuntur:

Aspicis, Illustris lector, quicunque libellos
Si cupis artificum nomina nosse, lege.
Aspera videbis cognomina Teutona forsan,
Mitiget ars Musis inscia verba virûm,
Conradus Schweinheim, Arnoldus Pannártzque Magistri,
Romæ impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre, Franciscus maximus, ambo
Huic operi aptatam contribuêre manum.

Anno 1470.

Est & (ibidem) rationale divinorum officiorum in pergameno impressus, in cujus fine appositа hæc: Præsens rationalis divinorum codex officiorum, venustate Capitalium decoratus, rubricationibúsq; distinctus, artificiosâ adinventione imprimendi ac characterisandi; absqūe calami exaratione sic effigiatus, & ad eusebiam Dei industrè est confirmatus: per Johannem Fust, civem Moguntinum, & Petrum Gernsheim, Clericum Diocæsis ejusdem. Anno Dom. 1459. 6. die Octobr.

IV. Proferuntur quidem libri vetustiores, editione illâ Officiorum Ciceronis, cujus paulò ante mentionem feci. Dn. Crusius *part. 3. lib. 7. cap. 4.* scribit: Impressi sunt Anno 1444. sermones quidam super Epistolas Dominicales: extantes hîc Tubingæ in stipendij Martiniani Bibliotheca. Ars enim Typographica, nuper inventa procedebat. Volaterranus, in illam congeriem Commentariorum suorum, multa temerè & sine delectu conjicere solet; in quibus illud: Auctores artis impressoriæ fratres duos, homines Germanos, edidisse Romæ Augustini libros de Civitate Dei, & Lactantium, eósque primos omnium prodiisse. Anno 1465. quibus significat, eo anno natam Typographiam, idque Romæ. Alii jactitant etiam Johannis Fust alium librum, primum omnium Moguntini impressum; nempè Alexandri Grammatici doctrinale.

Omnium

Omnium vetustissimum opus, cujus tamen nomen reticetur, Venetiis excusum profert Rabbi Ioseph Sacerdos, in Chronico suo, Anno Iudaico 5188. Christiano 1428. quod nemo hactenus animadvertisset: certè nemo indicavit. Unde ille Iudæus colligit, artem imprimendi ab eo libro incepisse. Quæ omnia tam facilè negantur ac asseruntur. Interim tamen negari non potest; aliter artis rudimenta esse inchoata. Nam non ex discretis & singularibus typis, inter se junctis, ut hodiè fit; cæptum est imprimi, sed in pagellis ligneis, quibus literæ incisæ erant: qui modus primus excudendi in Hollandiâ, Harlemi inventus fuit; ubi etiam hodiè ædes ostendi dicuntur, in quibus inventor artis eam primùm periclitatus est. Harum pagellarum meminerat Accursius Mariangelus, in Donato suo, in membranis excuso; qui liber posteà in potestatem venit Aldi Manutij Iunioris. Verba Mariangeli sunt; *Impressus autem est hic Donatus & Confessionalia primum omnium Anno 1450. Admonitus certe fuit ex Donato, Hollandiæ primùm impresso, in Tabulâ incisâ.* Rudimenta igitur artis Typographiæ, ab editione Donati inceperunt in Hollandiâ, non ex typis, sed tabulâ incisâ. In urbe verò Harlemiensi inventam, testatur Vir eruditissimus, Hadrianus Iunius: qui quum non præter rationem hanc patriæ sui vindicârit, & non pauca digna cognitu de ejus incunabulis prodiderit; eam tamen à tabulis incisis, & ab editione Donati cœpisse ignoravit. Illustrissima Veronica Ladronia, avia Iul. Cæsar Scaligeri, Horologium beatæ Mariæ, (vulgus vocat Matutinas horas) penes se habuisse dicitur, pagellis ligneis incisis impressum in membranis; literis inter se colligatis, & connexis, ut mos scribendi est Mercatoribus & Tabellionibus properantibus, præsertim Germanis & Belgis; ita ut chirographum hominis Germani diceres. Locus, ubi is liber, & annus, quo excusus fuerit, non appositus: oblongâ tamen formâ erat. Hunc librum, quem 56. annis post Matris suæ obitum, possederat Iul. Cæsar Scaliger, à cane leporariâ disceptū diù doluit; & magno, illud damnum redemisset. Pariter de Tabulis illis Harlemensibus, *lib. 3. comment. rer. Germanicar. sub Moguntiaco.* Ita Petrus Bertius scribit. Artis typographicæ inventionem, nos alibi nostris Harlemensibus asseruimus: & ostendit nobis nuper humanissimus & antiquitatum Holandicarum peritissimus. P. Scriverius, citatum à nobis alibi Speculum Salutis, non belgicè, sed latinè editum; primum magnæ artis rudimentum: cujus paginæ glutine commissæ fuerant, ut videri possent opistographæ. Sed attentiùs consideranti, facilè apparuit, non collectas fuisse literas singulas, digestásque in vocem, voces in versum, Versus plures in paginam; sed singulas paginas, singulis tabellis ligneis expressas fuisse, imaginibus, literisque extantibus, atque prominentibus, sicut sigillis, & ectyptis solent impri-

Johann. Rurgerius *in re fut fabula Burdonāf. m. 290. & seqq.* Adde Salmuth *sap lum. loc. f. 598. &c.* Joh. Walch. *d. fab 9. f. 178. & aliquot seqq.*

imprimi notę rerum materiæ molliori,& ut ex libris ad nos è Sina advectis adparet, Sinēſes libros ſuos adornare: quæ res ut adfinitatem aliquā cum arte Typographicâ hodiernâ habet, ita multum adhûc à perfectione artis remota eſt. Nec negabunt Moguntini, quin ea ſaltem laus Harlemenſibus noſtris debeatur. Quis autem non videt faciliùs fuiſſe ingenioſis hominibus, & ad res præclaras inveniendas natis, ex tali rudimēto progredi ulteriùs, & ad conceptam animo perfectionem, ſuperatis impedimentis eniti: quam protinùs conſummata omnia reddere,& primo actu abſoluta? Nil ſemel & cœptum & perfectum eſt. per intervalla creverunt artes,& adjectione particularum, incrementum acceperunt. Principiis autem rectè inventis, facilè eſt aliquid adjicere, & quò quis magis ingenio pollet, eò eſt ad perficiendum aptior: ſic factum in picturâ, ſic in ſculpturâ, ſic in ipsâ ſapientiâ. Et paulò poſt: Verè Germanorum hæc laus eſt, ſive Harlemenſibus ea tribuatur, ſive Moguntinis. Primi autem Calcographi (**Kupfferſtecher**) circa Weſtphaliam, in Marchiæ Comitatu fuiſſe perhibentur, F. V. Bucholt. & Iſrael. V. Mechelen, horúmque alterum opilionem fuiſſe ait. Eos ſubſequutus eſt. W H. **Wilhelm Hopffer**, & Martinus **Schön**; isque Alberti Dureri inſtitutor fuit: ſub quo deindè florere cœperunt, Henricus **Aldegrauer**, **Jörg vnd Hans Sebald Benk**, **Hans Sebald Böham**. A. **Altörffer**, **Lucas**. K. **Hans Brunner**. V Vergilius Solis &c. Inter Typographos triumviratum quaſi obtinere videtur, Manuti Stephani Frobenius: Thuan. *lib. 59. circa fin.* Quem poſteriorem imprimis commendat. Mexia *lib. 3. cap. 2. fol. 509.* de Aldo ita Poëta Gallus:

Mathias Quad. *in cōpendio Vniverſi lib. 4. cap. 34.*

Quod ſi credere fas Deos Poëtas;
Vitam reddere quòd queant ſublatam:
Quantò eſt juſtiùs æquiusque quæſo,
Aldum Manutium Deum vocare;
Ipſis qui potuit ſuo labore
Vitam reddere mortuis Poëtis.

Robertus Stephanus Pariſienſis, Patrem habuit Carolum, itidem Typographum celebrem, cujus mores ad Iul. Cæſar. Scaligerum, graphicè Maumontius deſcribit, inter Epiſtolas Scaligeri *nu. 75.* Lugduni in Galliâ claruerunt, Sebaſtianus Gryphius, & Guilhelmus Ruillius, Florentiæ Iunti, Venetiis Giolitus, & Valgriſius. Semper etiam in Typographiâ excelluêre Belgæ, & inter Belgas Chriſtophorus Plantinus, Tourangeau, Scribanius *fol. 43. Antuerpiæ.* Fuit etiam Gallus Claude Garamont, *fondeur des letres*: cujus inventum eſt illa forma literarum, quæ ab eo adhûc *Garmont* vulgò vocari ſolet.

CAP.

CAP. IV.

De Annona, Pecunia, & Fortificatione.

I. ANnona etiam omninò necessaria est, siquidem nemo potest cum hoste simul, & naturâ pugnare. Hanc igitur tempore Pacis, Magistratus copiâ magnâ colligere, & in usum Belli reponere debet. P. Gregor. 11. *cap.* 3. *d. Republ.* Etenim qui frumentum necessariúmq; commeatum non præparat, vincitur sine ferro. Vegetius. 3. *cap.* 3. *quem vid.*

II. An Pecunia Nervus Belli, dici mereatur? non inelegans quæstio est. Negat Machiavellus. 2. *com.* 10. affirmant alij multi; quos recenset in Ærario Bornitius *à princip.* Regemorterus *in serm. polit. fol.* 79. Amirato 18. *cap.* 8. Canonhiero *dell' introduzz.* 8. *cap.* 19. Facius *polit. Liv. art.* 40 *ad fin. fol.* 174. Waremund. *de fœderib.* 1. *cap.* 2. *nu.* 57. *fol.* 169. *& num.* 132. *fol.* 221. adde Campanellam. *d. Monarch. cap.* 16. Ego hîc virum perspicacissimum, ingeniosissimúmque Politicorum Machiavellũ deserere non possum. cui & Traduccius *in Turcâ vincibili* adstipulatur. *fol. m.* 269. *&* 277. Verum equidem est, quod Proverbij loco usurpant Hispani:

No ay escudo como escudos,
Assi en guerra como en paz.

Eyzaguirre. *num.* 804. *Danaro è un compendio del poter humano.* Botero *d. detti* 1. *fol.* 78. Sed tamen illud Prudentissimi Antonij Perez urgeo: plura Regna hominum, quàm argenti penuriâ periêrunt. *in aphorism. fol.* 338. Bellum ferro, non auro; Milite non pecuniâ geritur. Facius *axiomat.* 49. Caroli V. optimi Imper. apophthegma fuit: Nervos belli, esse pecuniam, commeatus, Milites; verùm si ex iis aliquo carendum esset, Militem veteranum se electurum esse: cujus industriâ & fortitudine, reliqua duo se comparaturum confideret. Chytreus *Chron. Sax. fol.* 509. Pecunia in bello necessaria est: sed interdum & sine pecunia gestum fuit bellum. *discurs.* eines vermeinten Catholischen / wider die Jesuiter *fol.* 137. (& fecit hoc Heinricus IV. Galliæ Rex) fecit etiam Philopœmen Plutarch. *in vitâ fol. m.* 700. Imò ipse Alexander Magnus, qui in Asiam proficiscens, regium suum Patrimonium, inter amicos est partitus. Plutarch. *in vitâ fol. m.* 151. nunquam verò sine strenuis militibus bellum confectum fuit. Propter milites, pecuniam expetimus. Ergò milites sunt pecuniâ præstantiores. Sed tamen verbum Cæsaris fuit: potentiæ parandæ & conservandæ; duo esse instrumenta; milites & pecuniam; eorum alterum alterius stare præsidio. Casaub. *ad Sueton. Cæsar. fol.* 32. *b.*

Pecu-

Pecunia Nervus belli dici potest; sed non ita, ut in pecuniâ potentiam consistere autumemus: quasi divitem Rempublicam, & quæ mercede conducere milites potest, propterea potentem vocemus. Humanitate etiam, & existimatione belli Ducis, milites magis, quàm pecuniâ in officio continentur. Molto più sicura cosa è, per tener soldati in uffitio, l'autorità, che il danaro: quod Carol Emanuel Sabaudiæ Dux, dicere solebat. Botero *d. detti. 1. fol. 44. b.* quod & innuit Arioſto, *cant.* 31.

E' se Rinaldo ben non era molto
Ricco, ne di Città, ne di Thesoro;
Face asi con parole, e con buon volto;
E ciò c' havea, partendo ogn' hor con loro;
Ch' un di quel numer, mai non gli fu tolto
Per offerire altrui piu somma d' oro.

Ac etiam ratio iniri potest, ut suis sumptibus subditi militare cogantur: quemadmodum in Turciâ fit mediantibus Timariis, & olim apud nos propterea Feuda concedi solita fuerunt. Namque Turcici equitatus præstantia in Spahis consistit, qui stipendij loco certos reditus habent; quos illi Timari vocant. Timarum autem propriè dici potest, pensio quædam vel assignatio certorum reditnum, qui ex fundis percipiuntur, bello acquisitis; qui certâ proportione distribuuntur militibus, quorum præ cæteris emicuit magnanimitas, quique strenuam in bello operam navârunt. Ea cum Coloniis antiquis vel feudis, vel quæ nostrâ ætate dicuntur, Commendatutis comparari possunt. Cum his convenit, quod Græcis τιμάριον, τιμαριῶται, & τιμαριῶτοι, personæ dicuntur. Etymologia à voce τιμὴ ducta, quæ honorem significat. Soranz *in Ottoman. cap.* 15. *quem vid. & cap.* 47. Et Achillem Traduccium *fol. m.* 251. Acanzij etiam propter exemptiones ipsis concessas, in bellum proficisci coguntur. Soranz *cap.* 17. Omnes præterea Spahi aliquam cibariorum partem per se suisque alendis, in militiam secum ferre coguntur. Sangiachi farinæ, hordei & aliarum rerum, quantum maximè & quàm sæpissimè possunt, ad exercitum mittere tenentur. Rustici in Pagis, quanta ipsis imperatur frumenti copiam suppeditare militibus subiguntur. Soranz. *cap.* 34. Et etiam Traduccius *fol.* 240. attestatur, quod Turca nihil in bella insumat, sed lucretur insuper modis extraordinariis. Siquidem exercitui certa sunt pacis bellíve tempore assignata stipendia, quæ ubi contra hostem milites educuntur, non augentur. Tribus autem modis potissimum in bello lucrum facit: Primum, omnia oppida & pagi obligati sunt, in Castra Imperatoris farinæ & hordei quantitatem, quocunque jubentur, deportare. Secundò, decimas ex raptu & præda habet. Tertio loco sunt munera. More enim receptum est, ut omnes Bassæ, Beglerbegi, San-

gi, Sangiacchi & alij officiales Imperatori, ubi ad exercitum pervenit, sese sistant, ut munere quodam ipsum honorent, id cum fiat in publico & in conspectu omnium, ambitiosè invicem certare solent, quis splendidiùs & præstantiùs donum Imperatori offerat. Non igitur expendit, sed colligit pecuniam belligerando, secus evenit nostris Principibus, qui rarò ditiores, sed plærunque exhaustis ærariis pauperiores ex bello redeunt. Sane Hasis Haëmatus, Cairi Bassa, primus fuit, qui equitibus Turcis stipendium solvit, & pecuniam mutuo petentibus dedit. Qua in re si Principes Ottomanni nostrorum morem imitari vellent, immensas copias tàm equestres, quàm pedites facilè colligere possent. Soranz. *cap.* 10. Sæpius tamen contigit, ut ære in Turcia conducti fuerint milites nostro more, cùm Præsidiarios evocare è confiniis hosti oppositis, & alio transferre, non videbatur omninò tutum, Solimannus in Asiam proficiscens hac ratione usus est. Traduccius. *fol.* 257.

III. Quod Clypei & arma singulis, hoc præstant universis munitiones seu munimenta. Ea sunt loca contra omnem vim externam munita, quibus Provincia defenditur: quæque receptaculum & refugiũ tutum præbent militibus aliisque Civibus. Eorúmque usus antiquissimus est. Iudic. *6. vers. 2. & 9. v. 46.* Non ergò prodest, sed obest magis Reipublicæ, talium usũ carere. Althus, *cap. 24. num. 45. &c.* vid. tract. meum *de Iure Vniversitatis cap. 2. num. 4.* adde Richterum *axiom. histor.* 232. Parutam. *2. discurs.* 8. Hippol. à Collib. *in Principe cap.* 28. At sanè expedit Vrbes muris circundari, mœnibusque firmari: Maluit quidem Lycurgus, cives suos esse Muros Civitatis, quàm saxa & lapides, urbémque hominibus potius, quàm lateribus cinctam exoptavit: Plutarch. *in Lycurg.* & in Universum Spartani tanquam ignavos despexêre eos, qui cinxerant muris Civitates. Sed certè condemnârunt ipsimet Spartani se ipsos stultitiæ suæ. Irruptione quippe Cassandri, & cum Pyrrhus extorrem patriâ Spartanorum Regem Cleonymum reducere vellet: Sparta muris & mœnibus cincta est, cœperéque tum Spartani ipsi, virtuti suæ diffidere. Posset quidem abstineri à murorum structurâ, si certi essemus, nunquam adventurum majorem hostium numerum, quàm sit Civium; sed quia hostis sæpè subitò & improvisus, maximâque expeditione impressionem facit, opus est profectò mœnibus ad sustinendam improvisæ multitudinis vim, ex quibus pauci non modo debilitare, sed & frangere atque atterere possunt. vid. Piccart. *decad.* 13. *obs. cap.* 2. Urbes autem primariæ aliquot, mœnibus, vallis, fossisque cingendæ: Arces verò ad limites Regni, aut in primariis Urbibus Citadellas, ut vocant, munitissimas condi, vix mihi consultum videtur, cum Machiavel 2. *comm.* 24. vid. Aristot. 7. *polit.* 11. Tholosan. 2. *d. Rep.* 5. Amirato 19. *cap.* 4. Melch. Junium.

quæst.

quæst. polit. 64. Renat. deLusingâ. *de increm. Imp. 1. cap. 3.* Fürſtliche Tiſchreden. *1. cap. 4.* Et contra Citadellas, ſeu Urbium majorum arces, prudenter diſſeritur *tom. 4.* du Mercur. Franc. ſub Anno 1616. *fol. 42.* ubi agitur *de la Citadelle d' Amiens.* Et etiam Aratus jam olim reputabat, latrones, arcibus in montibus ædificatis, ſe tueri: ſed Regem fortiorem munitionem habere non poſſe, quàm amorem & benevolentiam ſubditorum. Plutarch. *Arato fol. m. 908.* Non eſt potens Reſpublica, quæ arces habet, & ibi præſidiarios milites; Cives verò prædæ hoſtili exponit. Non proſunt arces extra Regnum. Cominæ. *lib. 6. cap. 3. fol. m. 514. Et Glabro Serbellone, per monſtrar, che le fortezze de vono eßer grandi, ſoleva dire: poca coſa, poca forza.* Botero *d. detti fol. 40. b. Vne petite place, ne faut rien, devant la fureur de la batterie de maintenant.* Langey *lib. 9. fol. 971.* Quodque urbes amplæ, & ſatis ſpacioſæ, muniendæ ſunt, quæ ſubditis præbeant receptum: etiam Stephan. Pasquier *lib. 7. des recherches cap. 15.* cenſet. Et indè Hiſpaniam prædicat felicem, quòd careat Caſtellis; & in Civilibus Gallicanis bellis, nil ea profuiſſe ait, quàm ut eſſent receptacula latronum. Quod & notat Iulien. Peleus. *lib. 2. de l' hiſt. de Henri le grand.* cum ita ſcribit: *Apres laquelle paix on fit une tres grando faute, qu'on n'empeſcha les ſubjects guerriers ou mutins de fortifier leurs maiſons aux champs, qui eſt bien le plus ſeur pour un Monarque: car ſi le Maiſtre d' un chaſteau particulier eſt grand ſeigneur, il prend occaſion de ſe revolter, s'il eſt pauure de brigander. Et pour ceſte cauſe les villes Imperiales d' Alemagne, bien ſouuent ont raſe les fortereſſe des Gentil-hommes, afinque les rebelles & voleurs n'euſſent aucune retraicte.* Utut autem fortes ſint urbes, non in iis ſpes aliqua reponenda eſt. Caſp. Finck. *Can. theol. 39.* Sûntque multæ Provinciæ, quæ à fortalitiis abhorrent: ut Polonia & de Angliâ idem ſcribit Theſauri politici Auctor. *part. 1. fol. m. 234.* quorum utrique putant, in eo conſiſtere eorum libertatem. Alibi Principes ſe non dominari liberè poſſe putant; ubi ſunt magnæ & munitæ urbes. Munitiones ſeu fortificationes eas approbo; parvo quæ conſtant. Terrâ ergò potius, quàm lapide ſecto utendum. Theſoro polit. *part. 1. fol. 169.* Ita parvo ſumptu Gandavum, La Noüe *diſcourſ. 18.* & etiam exiguo temporis ſpatio Arelatum, *Arles.* Langey *lib. 7. fol. m. 750.* munita fuerunt. Muniendi verò artificium (quod Turcis, qui quondam in Italia Hidruntum tenuêre, acceptum fert Theſauri politici auctor *part. 2. cap. 2.*) in eo ſitum eſt; ut unum punctum longam tueatur lineâ: nec ullus locus ſit fortalitij, qui ab hoſte occupatus, non multis modis offendi queat, Zach. Fridenreich *pol. cap. 30. fol. 220.* Quâ ratione majorum noſtrorum inſtitutum, qui rotundis Turribus urbes muniebant, minimè ſequendum: Sed nuperæ fortificandi rationes, omninò amplectendæ

ctendæ videntur. Consule Mons. de la Noüe *d. discours* 18. Claude Flamand, Specklins, Stevini & Boteri, tractatus de fortificatione singulares. ut & Jan. Gringallet, disp. de fortalitiis, Argentinæ, Præside Clariss. Dn. Berneggero, propositam. Nam & Aristoteles monet 7. *polit.* 11. *ad fin.* ut Muros ad nuperos bellicos usus accommodemus. Et nempè ars fortificandi, in eo consistit, ut hostis, quocunque modo accedat, repelli possit oppositis minoribus viribus. **Die gantze Kunst an der befestigung bestehet allein darinn/daß man in der grundlage einer Statt/ Schloß/ Schantz ꝛc. so man befestigen will/alle Linien dahin richte/das auff welcher seiten der Feind sein läger schlagen oder den angriff thun wölle/ihm stracks vornen/vnd auff allen seiten widerstand könne geschehen.** Johan. Eberhard. de Barle-duc. *cap. 1. in prin. tract. de fortificatione.* Tales etiam fuerunt olim Hierosolymorum muri, de quibus Tacitus, 5. *hist.* per artem obliqui aut introrsus sinuati, ut latera oppugnantium, ad ictus patescerent. Hìc Geometriæ Practicæ eluceſcit usus: cujus peritissimus est, Illustrissimus Auraici Princeps Mauritius. De eáque dicere solebat Camillus Ursinus: *Che i Prencipi, che non s'intendono bene delle fortificatione, parte importantißima della Militia, non mai potranno regges bene gli stati loro.* Boter. *d. detti. fol.* 40. *b.* Sed & idem de Architecto quodam pronunciabat: *questo povere huomo, si pensa de sapere della fortificatione: ma che no puo sapere, chi non si è trovato, nè à pigliare, ne à difender fortezza.* Botero. *ibid. fol.* 41. Muri antiqui fortissimi sunt, vel ob ipsum temporis tractum, quod ex multis saxis, unam quasi concretam efficit rupem. Aut forsan cæmenti conficiendi modus alius olim fuit. Et meminit Stumpfius *lib.* 6. **der Schweitzer Chronick. *fol. m.* 162. das etwann der Kalg mit Wein angerührt worden.** Sanguis etiam humanus & equinus, alicubi erat pro cæmento. Alb. Stadens. *in Chron. fol. m.* 183. *b.* Et certè multùm refert ex quo genere lapidum calx conficiatur: laudatúrque imprimis marmor nigrum. Langey *lib.* 10. *fol.* 1015.

CAP. V.

De Jure Belli.

DE præparatoriis Belli, actum hactenus fuit: nunc an & quomodo id debeat geri? dispiciendum esse videtur. Origo belli à jure gentium est, §. *jus gentium, instit. de Iure Nat. l. ex hoc jure, l. manumißiones. d. justit. & jure.* Cæterùm tradunt communiter Doctores, justum bellum esse juris gentium dispositivè; sed bellum injustum, esse juris gentium occasionaliter. Post Vasquium Dn. Bocer. *tract. de bello cap. 3. num.* 14.

Tileman. *disputat ff. 1. th. 14.* Sunt & belli, sicut Pacis jura; quæ ex jure gentium definienda, hocque propriè ad scientiam politicam spectat. Facius *axiomat. polit. 1. & trib. seqq.* Et ridiculi sunt, qui ex jure civili, hac de re garriunt multa, & singulares scribunt libros. Aliter fecerunt Albericus gentilis, Balthas. Ayala &c. Ac certè singulares de bello leges dedit in V. T. Moyses. R. P. Martin. Becanus *de analog. utriusq; Test. cap. 17. quæst. 2.* & Theologicè ac politicè etiam eo de jure agunt, Conzen *lib. 10. polit. cap. 1.* Elias Schrôderus, *apud Arumæum tom 1. discurs. 23.* Iohan. Gerhardi, *loco de Magistratu, num. 368. &c.* Rönkingk *lib. 2. class. 3. per tot.* Et licet interdum leges, belli tempore frangere. Regemorterus. *sermon. polit. fol. 296.* Sed tamen rectè Vocula apud Tacitum. *4. histor. cap. 56.* Esse aliquod fas & armorum & jus hostium, & id jam ante monuit apud Liv. *lib. 5.* Camillus: Sunt, inquit, & belli sicut & Pacis jura, justéque non minus ea quàm fortiter didicimus gerere. Quod ipsum & Ciceroni. *1. officior.* placuit, adserit enim in Republica vel maximè conservanda esse jura belli. Tacitus 4. *Annal. cap. 33.* Belli commercia vocat. Verba ejus sunt. Ad septuaginta millia Civium & Sociorum, iis quæ memoravi locis occidisse constat. Neque enim capere aut venundare, aliúdve quod belli commercium: sed cædes, patibula, igneis cruces festi-stabant. Virgilius belli leges appellat:

At belli saltem captivam lege necâsses.

Græci χειρῶν νόμον dicunt, aut πολέμιον νόμον. nos das Hauptrecht. Quod verò bellum justè geri utrinque eruditissimus tradit Gentilis, *tr. de bell. lib. 1. cap. 6.* hoc politicè intelligi debet. vid. Hœnnon. *7. th. 1. & 5. ad fin.* Covarruv. *cap. peccatum part. 2. §. 10. num. 6. de Reg. jur.* Fulgos. *ad L. ex hoc jure, ff. de justit. & iur.* Alciat. *2. paradox. cap. 21.* Stuck *disp. ad instit. fol. 92.* Stolzerus apud Arumæum *tom. 2. d. jur. publ. discurs. 29. thes. 1.* Non enim apud Deum, justitia pendet ex credulitate. Politicè, causa & finis, si speciem habent justi, sufficere putantur. Hoc enim ipsum, in omni ambigitur bello; & semper est necesse, alterius partis (immò sæpè utriusque) causam iniquam esse. Illustris Enenckhel *d. privileg. parent. & liberor. priv. 1. part. 9. num. 27. fol. 93.* Justum esse bellum reputatur, si dubitatio sit, de partium jure, & aliâ ratione controversia nequeat decidi. Atque tali dubitatione, bellum utrinque potest esse justum.

II. Christianis autem, bellum gerere, prohibitum non esse, expeditum videtur: ac ita etiam communiter censent Theologi, Politici ac Jureconsulti plerique. R. P. Becanus. *de analag. Vet. & Nov. Testam. c. 17. quæst. 1.* R. P. Adam Conzen. *lib. 10. polit. cap. 3.* Zepper *de legib. Mosaic. fol. 165.* Chemnitius *locor. Theolog. tom. 2. tit. de vindictâ fol. m. 312.* Covarruv. *cap. peccatum. §. 10. in fin.* Forster. *disput. ad decalog. dec. 2. problem.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [76] - 74

problem.6. Christoph. Binder *tract. de bello thes. 27. & passim.* P. Martyr. *in loc. commun. de bello.* Dn. D. Andr. Osiand. *in tract. Papa non Papa fol.* 168 Bodin. *5. de Republ. 5.* Gentil. *1. de bello cap. 5.* Junius, *polit. quæst. 6.* Casman. *vitæ polit. cap. 34.* Gerhard. *dec. 7. quæst. 1.* adde in jure Canonic. *caus. 23. quæst. 1. & 2.* Licet non Anabaptistæ solùm, Manichæi ac Wigelius, *in Astrolog. Theologisata cap. 15. 16. & 19.* Disputierbüchlein. *fol. 34. de vita Christi cap. 10. & 25.* Sed & ex Theologis majorum gentium, dissentiant nonnulli: & etiam Rupert. Abbas Tuitiens. *in Matth. lib. 3. cap. 4. fol. m. 46.* ubi edocere conatur, ante natum Christum ferro pugnare licuisse; nunc non item. adde R. P. Heribert RosWeid. *in vitis patr. in vita Apollonij.* Hàc item de quæstione Bellarminus, *lib. de Laicis cap. 14.* & item Dn. D. Theodorus Thummius, *in tract. Theologico, de bello.* latè & operosè agunt. Sanè jure optimo gladium portat Magistratus. Roman. *13. vers. 4.* Et ideò illum usurpare potest, tàm contra cives, quàm hostes. Inimicos quidem diligere debemus. *Matth. 5 vers. 44.* Sed non ita, ut amicos & Rempublicam nostram negligamus: sicque pugnandum est pro fratribus nostris, pro filiis, filiabus, uxoribus, & domibus nostris. Nehem. *4. vers. 14.* Non magis hostes diligere debemus, quàm nostros, non injustè oppressi minus amandi sunt, quàm opprimentes. B. denique Johannes Baptistes, cum viam Domino præpararet, cunctos admonens, ut dignos pœnitentiæ facerent fructus: milites instituit, nec eos ad militiæ desertionem adhortatus est. *Luc. cap. 3.* Judæi etiam contra Judæos justè pugnaverunt. Ergò & Christiani contra Christianos. Becanus *d. cap. 17. quæst. 4.* At ut bellum, illæsâ conscientiâ geratur, necesse est, ut adsit intentio bona. Ita enim B. Augustinus. *quæst. 207. ad Bonifacium Comitem.* Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, ut liberet Deus à necessitate, & conservet in Pace: non enim Pax quæritur ut bellum geratur, sed bellum geritur, ut Pax adquiratur. Esto ergò etiam bellando pacificus, ut eos, quos expugnas, ad pacis unitatem vincendo perducas. Et *lib. 22. contra Faustum cap. 74.* Nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si quæ similia; hæc sunt, quę in bello jure culpantur. Et licet bellum aliàs civiliter esset justum; deficiente tamen bonâ intentione, malum esse scholastici censent. Bellarmin. *d. lib. cap. 15.* Luthero Bellarminus. *d. lib. cap. 16.* aliique paradoxon illud adscribunt; nõ licere contra Turcas gerere bellum. Sed, aut Varius ac Vertumnus ille, aut non ejus animi fuit: non improbat ille arma in eum hostem, verùm vera potissimum arma commendat, vota pia, & vitæ emendationem: uti Deus, propitiam in Christianos mentem induens, partes eorum, adversus Turcas pugnantium, ope adjuvet suâ, & immensam, plectendo orbi

Christiano, vim cohibeat barbarorum. Iac. Lectius *præscript. Theolog. Contra Ant. Fabrum. lib. 2. propositi. 3.* Hâncque Lutheri sententiam fuisse ex aliis locis constat. Ut de saxonicâ visitatione: Clamant, inquit, aliqui Prædicatores temerariè, non resistendum esse Turcæ. Hic sermo seditiosus est, qui neque ferri, neque permitti debet. Tenentur igitur Potestates resistere Turcis, qui non solùm cupiunt Provincias devastare, uxores ac liberos violare & interficere; verùm etiam jura Provinciæ, cultum Dei, omnémque ordinationem bonam abrogare ac tollere. Idcircò debent Principes ob id præcipuè belligerare &c. adde Christoph. Binderum *tr. de bell. cap. penult.* At annè Christiani capti, & servituti remóque addicti, Turcis contra Christianos pugnantibus, commodare operam suam salvâ conscientiâ possunt? vid. Servitut. Ægypti Dn. Hebereri, *lib. 2. cap. 35.* Etiam hîc opportunè obviam se ferunt, quæstiones duæ, sanè perquàm intricatæ, ad quarum utramque, suo modo respondeo affirmativè. (1) Possítne Princeps Christianus sine peccato conscribere milites ex populo infideli, aut hæreseos suspecto? vid. Dn. Bocerum. *1. de bello cap. 8. num. 16. &c.* Sanè Ludovicum IV. Imperatorem eo nomine (quòd scilicet juverit hæresi infectos) à Bzovio insimulatum, defendit Magnif. Hervvardus, *in defens. d. Imper. tom. 1. fol. 126. & seq.* ubi ita scribit: Et esto Gibellinorum quidam, quibus Ludovicus suppetias tulit, hæretici fuerint: non tamen iis tulit ut hæreticis, sed ut suis clientibus mihitibúsque; quorum forti, fidâque operâ usus est; non ad oppugnandam religionem, sed ad ea defendenda, quæ jure electionis ei obtigêre, & virtute majorum suorum acquisita erant. Nec attigebat, ea: lis, tametsi Pontifex in parte erat, sacra religionis; sed Dominatum duntaxat, & Italiæ Principatum &c. Similis sed majoris aliquantum difficultatis, quæstio est: an liceat uti auxilio Turcarum aliorúmque infidelium? vid. Tileman. *diss. 1. th. 17. vol. 1.* Lancell. Conrad. *Templ. Iudic. 1. cap. 1. § 4. fol. 381.* adde Paralip. *2. cap. 18. & cap. 19. à princip.* Minus enim periculi subest, si quis tantum colligat milites, in terris paganorum, &c. quam si ipsorum auspiciis, & copiis conjunctis, illi auxilium ferantur. (2) Quæritur, an quis Christianus in militiâ Principis infidelis & non Christiani, sine peccato stipendium merere queat? vid. Dn. Bocer. *dict. loc.* hoc equidem fecit David, quando cum Achi Rege versaretur. At verò in his similibúsque quæsitis circumstantiæ singulæ accuratissimè sunt perpendendæ, & ad Theologicas ac Politicas rationes pio zelo sunt examinandæ.

III. Tum demùm autem bellum gerere licet, si id justum sit. vid. Ludov. Molinam *d. justit. & iur. tom. 1. disput. 98. &c.* Ac ad bellum legitimum constituendum, requiritur (1) authoritas superioris. R. P. Adam

Adam Conzen *lib.*10.*cap.*4. Ego *lib.*1.*polit.cap.*4.*num.*24.*&c.* Primum belli requisitum, seu conditio belli justi esse fertur, legitima authoritas Principis supremi. Etenim, quod privato debetur à concive, repeti debet jure, haut vi, manu consertum. Si extra Rempublicam; auxilio debet uti Principis sui. Si Princeps Principem offendit; tunc locus est bello, cùm deficiat alius Judex. Perez. *aphorism.fol.*173.*num.*17. Hócque etiam docet B. Augustinus, *lib.*22.*contra Faustum. cap.*75. cum ait: Ordo ille naturalis, mortalium paci accommodatus, hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas, atque consilium penes Principem sit: exequendi autem jussa bellica ministerium, milites debeant paci, salutíque communi. Et ratio idem hoc probat. Homines namque Privati, & qui superiorem habent, si ab aliquo injurias accipiant, possunt cõfugere ad superiorem: at Principes si ab aliis Principibus aliquid patiantur, non habent aliquod commune tribunal, ad quod illos accusent, & ideò licet eis bello injurias publicas propulsare. Residet autem hæc authoritas belli indicendi, prout communiter statuitur, in omnibus Principibus & Populis, qui in temporalibus superiorẽ non habent: non autem in iis, qui sunt sub Regibus immediatè; cum qui aliis subsunt, haut sint capita Reipublicæ, sed potiùs membra. Hanc tamen authoritatem, non requiri ad bellum defensivum, sed solum ad offensivum, monet Bellarmin. *dict. cap.*15. *in princ.* Hincque ajunt: si in mora periculum sit, tacitum consensum superioris adesse præsumi. Card. Tuschus *lit.* B.*concluſ.*33. Nec enim alicui adimi potest defensio naturalis. At annè Germaniæ Principes, propriâ authoritate, bellum movere queunt? Invidiosa quæstio est: de eáque videre licet Conzen. *lib.*10.*cap.*4.*num.*10. & Tuschum *d.loc. concluſ.*38. Porrò quia sine Principis authoritate gerere haut licet bellum: indè illud definitur. Inter duos pares, justa contentio armorum publicorum. Pares autem (ratione Juris) esse censentur liberi, Principes, populive. Non igitur bellum gerere possunt privati sine publico scitu, quia non sui sunt juris, sed sub potestate Magistratus: itaque Capitale hoc attentantibus esse, Plato 12 *d.LL.* voluit, Romani *in l.*3.*ad L.Iul.Maiestatis.* & alibi, læsæ majestatis tales postulârunt. Certè Cæsarem, quoniam adversus Gallos injussu Senatus ac populi bellum gessit; Cato Uticensis, (Plutarch. *in Caton.min.in comparat.Crassi.*) reum facere voluit, censuitque in senatu: Legiones Romanas domum revocari, Cæsarem vero Gallis dedi oportere. Et valdè exaggerant hoc Manlij Asiæ Proconsulis accusatores, apud Livium. *lib.*38. Gallo-Græcis, inquit, bellum illatum non ex senatus auctoritate, non ex populi jussu, quod quis unquam de suâ sententiâ facere ausus est. Scriptores Politici conatus tales non bella sed latrocinia dixerunt, sicut & Jurisconsulti. *L. hostes* 118. *ff.V.S. L. hostes ff. de capt. &*

postlim. reverſ. Non eſt bellum cum latrombus, prædonibus aut piratis, quanquam magnos habeant exercitus, & proindè nec ulla cum illis belli jura. Illuſtris in hanc rem Taciti *3. annal. cap.* 37. locus eſt de Tacfarinate Numidâ: Tacfarinas, inquit, quâquam ſæpiùs armis Romanis pulſus, reparatis per intima Africæ auxiliis, hûc arrogantiæ venerat, ut Legatos ad Tiberium mitteret, &c. Subiicit deindè: non aliâs magis ſuâ, populique Romani contumeliâ indoluiſſe Cæſarem, ferunt; quàm quod deſertor & prædo, hoſtium more ageret. Nec item Spartaco vid. Appian. Civil. Plutarch. *in Craſſo.* Florum *lib. 3. cap.* 21.) poſt tot conſularium exercituum clades, multam Italiam urenti; quanquam Sertorij atq; Mithridatis ingentibus bellis labaret Reſpublica, datum, ut pacto in fidem acciperetur. Non item bellum cum rebellibus eſt, aut fugitivis: in quos etiam, ſi jura belli non valeant, ſibi imputare debent, niſi graviſſimas fortè habuerint defectionis ſive rebellionis cauſas, putà cum Princeps mutare poſſeſſionis ſtatum præſumit, & cui civile Imperium, permiſſum erat, dominicum affectat. Hincque etiam limitant hanc noſtram regulam Principalem, ſi Princeps ſit Tyrannus. Card. Tuſchius *lit. B. concluſione* 36.

IV. (2) Denunciatio ſive diffidatio belli etiam neceſſarium requiſitum eſt. Iudic. *cap.* 11. *vers.* 16. Hoennon. *diſputat. polit. 7. th. 7. & ſeqq.* Adeò ut ſine denunciatione, ſi bellum geratur, in captivos, tanquã latrones animadverti poſſit. Facius *axiom.* 35. Quod jus prætenderunt Genevenſes, cùm morti addicerent aliquot Sabaudos; qui cum ſcalis in urbem ſubrepſiſſent, capti erant. Sanè cum horrendum illud Albignij facinus (qui poſt irrita toties publica arma, Genevenſium mœnia, ſacrilego ſcalarum in cẽſu, ipsâ in Pace, clàm contemeravit) rèvolvo animo: tum quòd furor & cupiditas, eò transverſum rapere queat homines, admiror. Tùm mirandum Dei judicis æquitatem ſuſpicio! fraudis fraude ſuâ dum prendit artificem. Et hæc dico verbis eorum, qui affectu forſan nimio erga Genevenſes feruntur. Ego hîc & in omnibus talibus (de quo ſemel pro ſemper, ut Practici loquuntur, ſolemniter proteſtor) judicium nullum mihi ſumo. At, alia quæſtio eſt, annè tredecim illi Allobroges, qui tunc capti & laqueo necati fuerunt; ut & Ferraillius ac Baſtidius, Anno 1609. ad publicum ſupplicium tracti; mitiorem meruiſſe videantur fortunam? Verùm, quis clementiâ dignos iudicet, communi gentium iure mortis reos? qui ſi victores extitiſſent, haut unquam miſericordiam cepiſſent innocentiæ. Pierre Mathieu *lib. 5. narrat. ult. num.* 10. Mercure Francois, *fol.* 224. Botereius. *9. fol.* 83. *& lib. 16. fol.* 545. Emman. Meteran. *hiſtor. Belg. lib.* 24. *fol.* 85. *& lib.* 28. *fol.* 361. Certè aggredi bello non indicto imparatum, latronum eſt, non iuſtorum hoſtiũ.

Et

Et ut sit armorum contentio inter pares, omninò ei denunciari debet, quem bello persequi volumus, ut parare se contra vim nostram possit. At verò hoc de offensivo bello est intelligendum: nam qui sui defendendi causa bellum gerere necesse habet, cum denunciationem ab hoste acceperit ut vicissim denunciet, necesse non habet. Ius enim defensionis ei omnia, quæ contra hostem honestè suscipiuntur, in manus dat. *Puis qu'il me deffioit, il me semble, qu'il se devoit tenir pour adverti, que ie me vouloy defendre.* Bellay *lib.3.fol.m.*242. Sicut nec indictione opus est adversus eum, qui non indicto bello prior nobis vim intulit. Iura enim violanti ius redditur, si ius non præstatur. Et Philosophus, 2. *Elench. sophist.*6.7. in hanc sententiam: Contra quovis modo pugnantes, quovis modo licere se defendere, respondet. Perpetuis etiam hostibus, & quibus cum nulla intercedit pactio, bellum non indicitur: item si periculum sit in mora. Et exemplo suo ostendit, atque *oratione apud Dionem lib.*38. defendit Cæsar, qui bellum Arioviſto absque Senatus Decreto intulit. Sic etiam Pyrrhus apud Plutarchum *in vitâ fol.*789. Spartanis bellum absque denuntiatione fecit, eò quòd non tutum iudicaret, hosti indicare, quid in animo haberet. Rebellibus etiam nostris & defectoribus, qui nostro subèrant Imperio, & nullâ causâ sese eidem eximere conati sunt, indicium fieri non debet: quibus cum enim bellum non est, apud illos iura belli frustrà usurpamus. Si auxilium sociis feramus, bello se adversus hostem defendentibus, nostrum non est bellum illi indicere, nisi fœderatus nobis sit; quo casu indicendum omninò est: si verò plures communibus sumptibus, & ut in communem rem bellum gerant, omnes bellum indicere, iuri consentaneum videtur, quia commune est bellum. Post inducias etiam longas, ubi elapsæ fuerint, belli indictione opus non reputatur. Sicut enim feriis finitis, non denunciatur servis ut redeant ad operas: sic nec induciis finitis, quæ sunt feriæ belli, opus est denunciare reditum ad arma. Atque ita Martinus Laudens. *tract. de bello, quæst.*29. ex Ang. *in l. si unus.* §.1. *ff. de pactis.* finito tempore Treugæ non dicitur nova guerra, sed continuari prima. An autem idem obtinet in Induciis longissimis, quales fuêre, auctore Livio *lib.*1.2. *&* 9. datæ Veientibus incentum Annos, sicut & Cerilibus in totidem, iisdem Veientibus in annos 40. Hetruriæ populis in annos 30. si Gellium, *lib.*1.c. 25. audias, omninò; Induciæ enim illi dictæ, quasi inde uti iam: Pactum enim induciarum huiusmodi est, ut in diem aut tempus certum & definitum non pugnetur, nihilque incommodi detur; sed ex eo die postea uti iam omnia belli iure agantur. Exspirantibus igitur Induciis, qui malo cavere nolet, suo periculo id fecerit. Illud in Indictione belli observatum, ut si cum iis bellum gerendum esset, cum quibus amicitia prius aut

Socie-

Societas interveniſſet; ea priùs amicitia renunciaretur, quàm bellum denunciaretur. Ac etiam Romæ privatis in uſu fuit, Dn. Gruter. *ad Senec. fol. m 635.* Ante omnia autem res repetebantur per vim ablatæ, qui modus Clarigatio dicebatur, ut res tota clara eſſet, & inexcuſabiles redderentur, qui in bellum neceſſarium ſuâ pertinaciâ conſpirâſſent. Vide ritum apud Livium *lib. 1. in bello Latino & alibi.* Video hunc morem etiam Græcis uſitatum. Apud Euripidem enim, *in ſupplicibus*, Theſeus: Vade dic Creonti: Theſeus abs te amanter repetiit cadavera. Hic primus Sermo. Si nihil efficis, ſecundus, ut me armatum expectet. Neque verò incontinenti ad arma & hoſtilitatem poſt denũciationem progrediendum, ſed ſpacium relinquendum ei, cui bellum indictum eſt, ut ſe paret quoque adverſus vim: id ſpacium apud Romanos erat dierum triũ & triginta. Sic Livius *lib. 1.* Si non fiant, quæ petuntur, diebus tribus & triginta peractis, bellum indicitur. Ideò non probamus Cyri factum, apud Xenophontem *2. Inſtit. Cyri.* qui Arminiæ Regi bellum ſimul intulit & indixit. nec Romanorum, qui tertium bellum Punicum momento indictum & illatum geſſerunt. teſte Appiano *in Libycis*, Religiosè verò hoc jus Florentini obſervârunt, de quibus ita Machiavellus *lib. 2. hiſt. Florentin.* Ne quidquam Majeſtati deeſſet, peculiarem Campanã, Martinellæ titulo celebrem, ſumpſerunt; quæ integrum menſem prius, quã exercitus in hoſtem pergeret, pulſaretur; adeoque hoſti ad defenſionem tempus ſuppeteret. Tanta virtus nimirum id temporis in viris iſtis conſpiciebatur, tantoq; animo res ab iſtis publica adminiſtrabatur; ut quod noſtro ævo hoſtem incautum opprimere in laude reputabatur, id tum temporis ignominiæ fraudisq; loco haberetur. Hactenus ille. **Die Satzung Friderici Barbaroſſæ zu Nördlingen im Jahr 1187. auffgericht/ helt in ſich/ daß der ſo abſagt/ nach gethaner abſagung in den nächſten Tagen vnd Nächten/ thetlich nicht angreiffen ſoll. Bey vnſern tagen iſt dieſe Ordnung verblichen/ man ſendet jetzt in Kriegen die Abſagung kaum vor der Ordnung hin/ wird bald dahin kommen/ das man die abſag Brieff auff der Büchſen würd vberſchieſſen.** Stumpf. **Schweitzer Chron.** *lib. 7. cap. 12.* Et Froiſſard *lib. 1. cap. 35.* mentionem facit ſimilis Legis, latæ ab Angliæ Rege, Vicario Imperij Romani: *que qui vouloit autruy grever ou porter dommage, il le devoit defier ſuffiſamment, trois jours devant fait.* Fiebat autem diffidatio per Feciales. Waremund. *lib. 1. de fœderib. cap. 3. num. 18. fol. 308. & c.* de quorum officio, Plutarchus *in Numâ m. num. 11.* pluribus agit. Et etiam hodiè per viros honeſtos in dici ſolet bellum: *que ce n' eſtoit pas choſe appertenante que guerre de ſi grãds Seigneurs fuſt noncèe & deficeé par un Varlet.* Froiſſard *tom. 1. cap. 252.* Denunciationi autem inſeri debet oblatio Pacis. vid. Petr. Cunæ. *de Republ.*

publ. Hebræor. lib. 2. cap. 20. Cæterùm feciales bellum indicabant, signo ex arce monſtrato, rebus raptis per Clarigationem repetitis, haſtáque in fines hoſtium emiſſa. Gellius *lib. 16. cap. 4.* Arnobius, *adverſus gentes lib. 2.* P. Faber *lib. 2. ſemeſtr. cap. 2.* Hodiè alio & nõ uno modo indicitur. Legimus enim in Facio, *lib. 6. p. 169.* Chirothecâ Militari oblatâ Alfonſum Regem Arragoniæ à Renato provocatum ad bellum. Et tandem de ritu denunciationis. vid. Dn. Elsvvic *diſputat. polit. 13. th. 15.*

V. At denunciationem perperàm ſolùm ſufficere Alexander Magnus exiſtimavit. Plutarchus *in vitâ.* utpote cum denunciatio, tantùm cauſæ indicandæ adhibeatur. Bodin. *lib. 5. cap. 5. num. 56.* Imprimis itaque (3) ut accedat cauſa juſta, ad juſtum bellum conſtituendum, neceſſarium eſt. Tileman. *diſput. ff. 1. th. 15.* Cumque de causâ belli judicamus; diſtinguendum eſt, inter cauſam, prætextum, & initia; monente Polybio. Richter *axiomat. hiſtor.* 104. quod & Suetonius obſervat, *in vitâ Cæſar. cap. 30.* Et cauſas belli ſæpè occultas, prætextus ſpecioſos eſſe, Cominæus ſcribit, *lib. 3. cap. 1. fol. m. 185.* Non ſine causâ, bellum moveri poteſt; nec etiam propter quodcunque peccatum, ſed tantùm propter injuriam propulſandum. Ita B. Auguſtinus, *quæſt. 10. in Ioſuam.* Juſta bella, inquit, definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias; ſi qua gens, vel Civitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per injuriam ablatum eſt. Princeps non eſt Judex, niſi hominum ſibi ſubditorum. Ergò non poteſt quæcunq; peccata aliorum hominum punire; ſed ſolùm ea, quæ cedunt in detrimentum populi ſibi ſubjecti: nam etſi non eſt Judex Ordinarius aliorum, eſt tamen defenſor ſuorum, (ſuorúmque ſociorum, ac eorum die jhm zuverſprechen ſtehen) & ratione hujus neceſſitatis, efficitur etiam quoddammodo Iudex eorum, qui ſuis injuriam fecerunt; ita ut poſſit eos gladio coërcere. Bellarminus *de Laicis cap. 15. à princ.* Ex jure itaque corrupto ac beluino procedit, & fortior bellum gerat contra minorem. Oppian. *halieut. lib. 2. ad fin.*

—— Nunquam conſpexeris dormientes
Piſces; ſed ipſis & oculi, & animus ſemper
Excubat pervigil. Quoniam horrent ſemper quidem
Robuſtiorem occurrentem, imbecilliores autem propellunt.

Sic Irenæus *lib. 5. adverſ. Valen.* ad utilitatem gentilium, terrenum Regnum poſitum eſt à Deo, ut timentes regnum humanum, non ſe alterutrum homines, vice piſcium conſumant. Pulchrè Rittershuſius *ad Oppian. halieut. lib. 2. verſ. 43.* Ego *lib. 1. polit. cap. ult. n. 83. v. 3.* Barbarorum eſt, non anxiè diſquirere, quid jus, quid injuria ſit; ſed quid vires ferant aut patiantur: & jus ſuum omne, in armis conſiſtere arbitrari. Ut olim

apud Livium Galli *lib.5.* Quærentibus Romanis, quódnam id jus esset, agrum à possessoribus petere, aut minari arma: quid in Hetruriâ Gallis esset rei? In armis illi se jus ferre, & omnia fortium virorum esse, ferociter responderunt. Et apud Tacitum Tiridatus: Id in summâ fortunâ æquius, quod validius; & sua retinere privatæ domus, de alienis certare Regia laus est. Adde Dn. Piccart. *dec.17.cap.8.* Adhûc absonum magis est, avaritiæ impulsu, suscipere bellum: cujus tamen nomine Petronius, Romanos reos agit.

Si qua foret tellus quæ fulvum mitteret aurum,
Hostis erat; fatisq; in tristia bella paratis
Quærebantur opes.

Non etiam causa belli levis, aut exigua esse debet; sed quæ correspondeat damno & periculo, quæ illud secum trahit. Ita belli Peloponesiaci principium, toti Græciæ funestum, ex tribus meretricibus erupit, ut docet Athenæus *in Dipnosophist.* Cùm scilicet Iuvenes Athenienses temulenti Megaram profecti fuissent, & Simætham nobile scortum rapuissent; Megarenses, dolore Iracundiæ permoti, Athenas sunt profecti, & Aspasiæ (mulieri speciosissimæ, & quam Pericles prætor Athenensis deperibat) duas meretriculas vicissim abstulerunt. Indè Aristophanes, in Acharnensib. *Act.2.Sc.5.*

Κ'ανθεῦθεν ἀρχὴ τῶ πολέμω καλεῖρράγη
Ἕλλησι πάσιν ἐν τρίων λαικαστριῶν.

Et anno Christi 1467. Nobilis quidam Alsatus, **wegen sechs plappart/** bellum denunciavit & intulit etiam. Milhuso Rauracorum. Stumpf. *lib.* 12. **der Schweitzer Chronick** *cap.35.* Non item antiquæ & obsoletæ causæ. sunt resuscitandæ. *Iudic.cap.11.vers.26.* Ego *d.appell.cap.2.num.8.* Consultum itaque est, ut in consilio conscientiæ, priùs de belli justitiâ, probè disquiratur. Ita laudatur Philippus II. Rex Hispaniarum, quòd cum bellum in Lusitanos moliretur; jus suum ante omnia disputari à Theologis & Consultis suis fecit: deque eo certior, tunc demùm copias suas promovit. Clarissim. Dn. D. Lansius, *in consult. orat. pro Hispan. fol.* 238. Porrò autem justum bellum, ratione causæ censetur, quod suscipitur, ut in Pace sine iniuriâ vivamus. Cicero 1. *offic.* & de causis iusti belli consule Canonhiero. *8.dell.introduzz.cap.20.* Covarruv. *cap.peccatum.* §.9. August. Vischer, *tract.d.duello fol.14.* latè Conzen *lib.10.polit.cap.6.* 7. & 8. Cardinal. Tuschus, *lit.B.conclus.34. & seqq.* Hocque intuitu, aut est defensionis, aut recuperationis. Greg. Tholoss. *11.de Republ.1.* Dn. Heinric. Bocerus, *cap.6.* Danæ. *polit.6.cap.3.* Casman. *vit. polit.cap.36.* Althus. *cap.35.fol.574.* D. Marta, *1.de Iurisd. cap.4.num.31.* & Camman. *disput.5.th.57.* Sed tamen, etsi causa adsit, non priùs ad arma veniendum,

nisi

nisi nulla, quàm in armis spes sit relicta. Bodin. *num.* 571. Perez. *fol.* 59. *n.* 78. Althus. *d. cap.* 35. *fol.* 575. Ideò meritò bellum dicitur iniustum; controversia si per Abitros potest sopiri. Alb. Gentil. 1. *de Iur. belli cap.* 3. Conzen *d. lib. cap.* 5. §. 3. Et sanè, quoniam bellum, est medium quoddam ad pacem, sed valdè grave & periculosum, ideò non est id mox inferendum, cum causa existit; sed pax prius aliis rationibus procuranda: nimirum pacificè petendo ab hostibus debitam satisfactionem. Habetur nāque Deuteron *cap.* 20. Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primùm pacem. Et B. Augustinus, *epist.* 20 . *ad Bonifacium.* pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vid. Bellarmin. *dict. cap.* 15. ubi disquirit, si hostis nolit initio satisfacere, sed paulò post, bello iam inchoato petat pacem, & satisfactionem offerat; an teneatur alter à bello cessare? addatur R. P. Adam Conzen 10. *polit. cap.* 9. Hancque pacis oblationem & rei litigiosæ restitutionis petitionē, non quoque Ethnici neglexerunt. vid. Paschalii legatum *cap.* 6. Undè apud Apollon. Rhodiū *lib.* 3. *Argonaut.* Iason ad socios infit:

Nè ergò frustrà viribus ante, quàm verbis tentemus
Illum spoliantes suâ possessione: sed prius
Satius oratione flectere aggressos.
Sæpenumero enim oratio, facile quod vix effecerit
Robur, illud efficit ritè, sicut apparet,
Mitis.

Non item pax æqua est recusanda, licet victoriæ certa spes adsit. In plerisque enim victoriis (ut Nicolaus Hill, *in Philosoph. Epicurea Democritiana &c. n.* 455. ait) mille depauperantur, ad ditationem unius: plurimorum devastatio vacua; nec dignum aliquid viro magnanimo superest, solummodo vestigia impietatis, inhumanitatis, incuriæ, & anarchiæ restant. Meritóque itaque Venetorum tuetur famam. Kirchnerus; qui malè à nonnullis audiunt, quòd bellorum omnes causas studiosissimè declinent, quòd illata difficillimè suscipiant, susceptā pace finire omnibus modis conentur. *disput. ult. hypoth.* 2. Thesoro politico 1. *fol.* 163. *relat. di. Venet.* Lazar Soranz *in Ottoman. cap.* 56. vid. tamen Cominæum *lib.* 5. *cap.* 15. *fol. m.* 685. Ergò reiicitur ex merito opinatio eorum, qui dicunt, quod ex solâ utilitate, bellorum quærendæ sint causæ. Regemorterus *serm. polit. fol.* 105. Beluæ ultrò sunt lacessendæ, homines, non nisi vindictæ publicæ causâ. Facius *axiom.* 7. & contra levitatem in bello suscipiendo, graviter differit. Sebastian. Franckh. *in tract.* Kriegbüchlein deß Friedens. ut & Ferrar. Montan. *in Paranes. de Reipubl. instit. lib.* 8. *cap.* 4. & 5. Rarenter quoque bella geruntur, quorum non pœniteat victoriem. Richter. *axiom. histor.* 147. Pauci sunt de quibus dici potest.

Bella domini bellatis. 1. *Samuel. 25. verſ.* 28. Notandum eſt Caroli V. Imperatoris Apophthegm. apud Chytreum *in Chron. fol. m.* 508. Qui Antonio Levæ & aliis Ducibus, Iulii Cæſaris & Alexandri exempla laudantibus; nec uti Carolum ſuis victoriis, ad potentiæ & magnitudinis ſuæ amplificationem, quantum & poſſet, & deberet, querentibus, reſpondit. Alexandro & Iulio in bellis gerendis unum fuiſſe finem, honorem & gloriam; Chriſtianis autem Regibus duos eſſe propoſitos, honorem & animæ ſalutem. Legatum Venetum quidam detulerat, quòd tarditatem & lentitudinem ipſius culparet. Carolus verò, nihil offenſus; nunquam Mundum à bellis quieturum, & reſpiraturum eſſe dixit, ſi eâ celeritate, quam res & cauſæ plerunque poſtulant, bella ſtatim moveret. Tyrannus eſt, qui, ut loquitur Iornandes, *de reb. Getic.* optat Mundi generale ſervitium & ambitum ſuum brachio metitur, ſuperbiâ licentiam ſatiat, ius fasque contemnens, hoſtem ſe exhibet Naturæ cunctorum. Unde fit etiam ut plerunque maximum ſit illis diſcrimen, penes quos Aurum & opes præcipuæ bellorum cauſæ, ut loquitur alicubi Tacitus, *lib. 4. hiſtor. cap.* 74. Rectèque adeò Hannibal. Livius *lib.* 30. etiam armatus ad Scipionem dicebat: Optimum fuerat eam patribus noſtris mentem à Diis datam eſſe, ut vos Italiæ, nos Africæ Imperio contenti eſſemus. Non quoque puſillanimitatis præſumptio eſt, *hoſti provocanti æquiſſimas* offerre conditiones: Cominæus *lib. 5. cap. 1. fol. m. 363.* & experientia teſtatur: plerunque eos, qui propriæ potentiæ aut roboris fiduciâ, temerè & ſuperbè res periculoſas, & non neceſſarias movent, nec oblatis qualibuscunque pacis conditionibus, placabiles ſe exhibent adverſariis; vinci & ita pœnas luere pertinaciæ ſuæ. Carolus Burgundiæ Dux Potentiſſimus, cum in univerſum, omnes ſupplicantium Helvetiorum preces reſpuiſſet, tandem ab iisdem parùm validis, cum toto ſuo exercitu oppreſſus fuit. Lenccius *obſerv.* 341. At ſtulti planè ſunt, leviusculas ob cauſas, & etiam contra populum egenum, qui ſuſcipiunt bellum: in quo etiam politicum commiſit ſolœciſmum idem Carolus Burgundus. Cominæus *lib. 5. cap. 1. fol. m. 368. ac ſeq.* Non pariter ad bellum iuſtum ſufficere putatur, ſi dicamus aliter pacem internam haud conſtare. Quod tamen adprobare videtur commentator *in Aphoriſm.* Ant. Perez. *fol. 176. & ſeq.* Bellicoſo populo quies diuturnior nocet, & ſic ad Franciſcum I. dixit olim Carolus V. Nos populis cholericis imperitamus; ſi nos non bella aliis inferamus, ipſi noſtri ſubditi inferent nobis: Mathieu. 1. *fol. 66.* & de Hiſpanis hoc teſtatur Iuſtinus. *lib.* 44. Undè & Sulpitia, de ſtatu Reipublicæ Romanæ: Romulidarũ igitur longa & gravis exitium Pax. Richterus *axiom. hiſtor.* 109. Sed non videtur admittere hanc rationem Forum poli. At hoc quoque politici monent; Boccalin. 2. *ragg.* 80. Bellum,

haut

haut diu cum uno eodémque populo gerendum esse: nocuit hoc Lacedæmoniis, eáque ratione Thebanos bellicosos reddiderunt. vid. *Apophthegm. Antalcidæ apud* Erasm. *fol. m. 55.* Nocuit hoc idem in Belgio Hispanis: hocque politicum axioma, non indiligenter observant Turcæ. Soranzius *cap. 50.* Non tamen ita fugiendum est bellum, ut id turpi paci præponamus. Et bellum non nisi defendendi causâ; sed tunc alacriter est suscipiendum. Leo Imperator *in tract. de bellico apparatu cap. 2. numer. 49. &c.*

VI. Sed sunt & aliæ variæ, justi belli causæ: putà si sine ullâ causâ nostris commodis prohibeamur; verbi gratiâ, commerciis, agro, mari, portubus, maximè ubi caverimus de damno. Quò pertinet, si itinere prohibeamur & transitu in alios arma ferentes de maleficio caventes. Ego *de jur. rer. cap. 2. num. ult.* Atque hoc bellum jus naturæ excusat. Ita enim Trismegistus, *lib. de natur. Deor.* In portubus, navigationibus, communicationibus, commoditatibus, alternæ humanitatis nexus est fortissimus. Et Seneca *lib. 5. nat. quæst. cap. 18.* Deus omnibus inter se populis per ventum commercium dedit, & gentes dissipatas locis miscuit, ingens beneficium, si illud in injuriam suam non vertat hominum furor. Iustè porrò bellum gerimus, si injuriis atrocibus, priùs affecti fuerimus; aut legati nostri atrociter violati: aut ipsi priores belli appetiti: Vim enim vi semper repellere licuit. Et nihil justiùs est quàm jus suum vindicare. Cavendum tamen (1) nè ob levem injuriam, ad bellum & arma deveniatur: Gravissima enim remedia non nisi gravissimis morbis applicari volunt Medici, undè non sine stomacho Tacitus, *4. hist. cap. 50.* Discordiæ raptu frugum & pecorum inter agrestes jam per arma ac acies exercebantur. Atque hæc necessaria est defensio. (2) Ne causæ nimis veteres accersantur: sic enim semper causæ aliquæ afferri possent, nec bellorum finis ulla foret, quod & monui jam suprà. Et vetustas causas malè excitari probat etiam, *Iud. 11. vers. 28.* Gentil. *1. cap. 22.* vid. Betsium *de pactis famil. fol. 654.* Binder de bello *cap. 4.* Quod circa bellum recuperatorium notari debet. Iustus quoq; metus justum facit bellum; putà si metus sit, ne, si opprimas, opprimaris: siquidem teste Dionysio Halicarn. *lib. 6.* ratio Imperiorum hæc quoque est, ne noceri possit. Et rectè Livius *lib. 21.* Maior spes maiorque animus, inferentis vim, quàm arcentis, siquidem authore Vegetio *lib. 3. cap. 3.* ubi hostis prævenerit, metu universa turbari solent. Videatur oratio Mityleneorum contra Athenienses apud Thucydidem *lib. 3.* At tum demum iustus est metus; cum non est suspicio tantùm, sed signa concurrunt, quæ faciant nos timere: Sunt enim aliqui ita meticulosi, qui etiam umbram suam horreãt: sunt rursum aliqui ita suspicaces, ut periculum à vicinis sibi imminere

putent,quibus nihil tale unquam venerit in mentem. Quia tamen quæ privati in hostes moliuntur,per Magistratum restitui possunt,quæ Princeps in Principem aut populum non tàm facilè resarciuntur, etiam leviores causas metus ad iustitiam hanc valere censeo.Quod si apud Ciceronem,*lib.* 11. *epist. ad famil.* 28. Mutius rectè sentit : servis semper liberum fuisse, suo potiùs quàm alieno timere arbitrio, quidni & Principi idem liceat,in quem cura totius populi incumbit, & pudicæ salutis. Ex hoc iusto metu iustè quoque defeudis sociorum,si is bello appetatur ab ambitioso aliquo Principe: quia videlicet res tua agitur, paries cum proximus ardet,& timendum ne illo oppresso,te quoque illa calamitas maneat. Viderunt hoc Campani, & pro suâ defensione apud Livium *lib.7.* afferunt,pro Sidicinis contra Samnites pugnâtes:pugnavimus,inquiũt, verbo pro Sidicinis,re pro nobis : cùm videremus finitimum populum nefario latrocinio Samnitium peti,& ubi conflagrâssent Sidicini, ad nos traiecturum illud incendium esse. Quid quod Socium simpliciter defendere,etsi hic metus non intercurrat, honestum est, vel sola ratione cognationis, quam homini cum homine Natura esse voluit. Hincque aiunt: licere quibuscunque oppressis opem ferre, ita Tamerlanes liberandæ Græciæ ergò,bellum in Turcas movit; & Constantinopolitanum Imperatorem,se suaque ipsius fidei ac Imperio ultrò subiicientem, liberum pronunciavit. Petr. Perondin. *in vitâ Tamerl. cap.12.* vide me *lib.2. polit.cap.ult.n.56.* Qui enim Civium tantùm dicunt rationem habendam, exterorum negant,hi dirimunt generis humani communionem & societatem. Quod si etiam omnes in universum homines unius Mundi, tanquam magnæ alicuius Civitatis Cives & membra sumus; quis nobis erit exterus aut peregrinus.Quare & verè & eleganter Bald. *in l.1. C. de serv. fugitiv.* Culpa est defensionem alterius omittere,sui dolus. Inprimis autem confœderatum, & cui fidem defensionis dedimus,iuvare tenemur;quin illo quoque casu,cum nihil illa de re in fœdere cautum fuerit:illos quoque qui eiusdem nobiscum gentis aut sanguinis aut originis.Denique & illos qui eiusdem religionis. Sociamur enim magis unitate Religionis, quàm aut communione Naturæ aut fœderum pactione.Unitas enim Religionis, ad conscientiam provocat, Naturæ communio ad originem,fœderum pactio ad leges,Conscientiæ autem integritati maximè studendum est,eleganter Orosius *lib.5. cap.2.* An verò subditos adversus Principem suum tueri liceat,si premantur ab eodem, & aliam religionem vi adigi velint, altioris est quæstionis : & pro affirmativa stant,perquam multi:non enim videri facilè potest, causa diversitatis.Quin absolutè pronunciare nihil verentur : licere Principi iuvare subditos alterius Principis,si vim iniustam patiantur, quamvis & ipsi iniu-

injuſtam cauſam habeant: poteſt enim quandoque medicina modu, hoc eſt, pœna delictum excedere. Magis vero licet & fas eſt, ſi ſine cauſa durius habeantur: & hoc quidem jus Hercules olim repræſentavit, qui ex eo dictus eſt monſtrorum, hoc eſt, Tyrannorum domitor. Favet Seneca, *lib. 7. de Beneficijs. cap. 19.* cujus hæc ſunt verba: Quidquid erat, quo mihi cohæreret, interciſa juris humani ſocietas abſtulit: Si præſtitiſſet quidem mihi aliquid Tyrannus, ſed arma Patriæ meæ inferret: quicquid meruerat, perdidiſſet, & referre illi gratiam ſcelus haberetur. Si non Patriam meam impugnat, ſed ſuæ gravis eſt, & ſepoſitus à meâ gente ſuam exagitat, abſcidit nihilominus illum tanta pravitas animi: priorque mihi aut potior eſt ejus officij ratio, quod humano generi, quàm quod uni homini debeo. Denique vel maximè juſtum pro religione bellum eſt, Non enim id juſtum, quod quis aliquem cogere vult ad religionem: Fides quippe ſuadenda, Bernhard. *in cant. ſerm. 66.* non imponenda: Verbis (hoc eſt, doctrinâ) non verberibus aut armis conſtituenda. Undè nec Princeps ſubditos ad ſuam religionem bello cogere poteſt, nec ſubditi Principem ad ſuam: Quia religionis jus eſt propriè non hominibus cum hominibus, ſed hominibus cum Deo. Non igitur habent homines quod conquerantur de jure ſuo violato ob diverſam religionem. Ne Ethnicos quidem armis ad Chriſtianiſmum jure adigi poſſe, Viri ſummi ſtatuerunt. *l. Chriſtianis. 6. C. de pagan. cap. diſpar. 23. quæſt. 8. cap. Iudæi extr. de Iudæis. c. de Iudæis. c. qui ſincera. 45. diſtinct.* & ubi factum, aliud quæſtum, & ſpecioſa nomina obtentui ſumpta fuerunt. Ac item bello ob defenſionem ſuſcepto, nos noſtráque aut ſocios ab injuriis defendi juſtè, etiam ob religionem, tradunt quodque Stephan. Brut. *vindic. contra Tyrann. quæſt. 4.* vid. Gentil. *1. cap. 9. & ſeqq.* Waremund *de faderib. cap. 2. num. 240.* Conzen. *lib. 10. cap. 5. §. 6.* Ego *polit. 1. c. 3. num. 33. &c.* Conceſſas etiam ferè iisdem ex cauſis quibus bellum, permiſſas puto, Pignorationes, Clarigationes, ſeu Repreſſalias; adverſus Principem (ejusque ſubditos) quem judicio convenire nequimus, vel qui Jus & Juſtitiam adminiſtrare recuſat. Covarruv. *cap. peccatum. §. 9.* Mynſ. *6. obſerv. 1.* Fridericus Mindanus, *1. de proceſs. 48.* Paul Buſius, *1. ſubtilium cap. 7.* Bronchorſt. *1. Miſcell. 75.* Ego *lib. 1. polit. cap. 4. num. 26. & lib. eod. cap. 12. num. 66.* Innocentes quidem ſubditi per Clarigationes pignorantur & offenduntur; Sed hoc idem fit in bello, ubi Achivi plectuntur, ut Reges delirantes ad rationem adigantur. vid. Parthen. Litigios. *lib. 2. cap. 2. num. 30. &c.*

VII. De cauſis belli, exercitus edocendus eſt; ut tantò magis animetur, ad bellum pro juſtâ causâ gerendum. Tholoſ. *11. cap. 1.* Namque

Frangit & attollit vires in milite cauſa,
Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.

Pu-

Publicè etiam editis ſcriptis de eodem omnes; vicini præſertim, ſunt inſtruendi. Mercure Francois *fol* 101. *b.* Ant. Faber. *in Epiſt. dedicat. à prin. conſ. in cauſ. Montisferrat.*

VIII. Bellum item impium, injuſtúmque fit, ſi modus debitus non obſervatur; qui in eo præcipuè conſiſtit, ut nulli innocenti (quantum fieri poteſt) noceatur. Et hoc explicuit B. Joh. Baptiſta, *Luc. cap.* 3. Neminem concutiatis, nulli calumniam faciatis, contenti eſtote ſtipendiis veſtris. Sunt autem tria genera perſonarum, quibus milites damnū inferre non poſſunt, ſecundum Regulam Johannis Baptiſtæ. vid. Bellarm. *d. Laicis dict. cap.* 15. Primum eſt, omnium eorum, qui ad Rempublicam hoſtium non pertinent: ex quo milites nequeunt excuſari, qui damnum inferunt Civibus, aut ruſticis amicis, apud quos hoſpitantur; vel per quorum tranſerunt loca. Neque excuſantur, ſi dicant: ſibi ſtipendia non ſolvi: non etenim propterea illis obligata ſunt bona Civium privatorum. Secundum eſt quorundam, qui etſi aliquo modo pertineāt ad Rempubl. hoſtilem; tamen per cap. innovamus, *extra de treuga & pace.* congruâ ſecuritate lætari debent. Presbyteri ſc. Monachi, converſi, peregrini, mercatores (transeuntes ſcil.) ruſtici, euntes vel redeuntes, ac in agriculturâ exiſtentes, & animalia quibus arant, & ſemina portant ad agrum. Tertium genus eſt hominum ad bellum ineptorum; quales ſunt, pueri, ſenes, mulieres. Tales enim licet capi, & ſpoliari interdum poſſint, juſtè tamen nequeunt occidi; ac pariter humanum eſt, ut turba inutilis, ex obſeſsâ urbe pulſa, ab hoſtibus impunè abire ſinatur. Anton. Panormitan. in Apophthegm. Alfons. *lib. 1. num.* 15. Barbarum itidem eſt, necare captivos. Arioſto. *cant. 36. Stantz.* 8.

—— Onde hai tu il modo apreſo
De la militiâ? ni qual Scithia s' intende,
Ch' uccider ſi debbia un, poi ch' egli è preſo,
Chi rende l' arme, e piu non ſi defende

Lytro ideóque ſoluto, dimittuntur capti: & item immemoriali uſu in Gallis receptum eſt, ut alicuius nominis captivi, Regi cedant, capienti decem millibus librarum exſolutis. Eſtienne Pasquier. 4. *des recherch. cap.* 10. Reges præſertim & alii Magnates, aleâ belli qui vincuntur, humaniter ſunt tractandi. Et vapulat omnium hiſtoricorum linguis, Carolus Andegavenſis, à Pontifice utriusque Siciliæ Regno donatus, qui Conradinum legitimum (ut præ ſe ferebat) eius regni hæredem, & ex Hohenſtauffenſium Imperatoriâ familiâ ultimum, per inſidias victum, & à piſcatore proditum, unà cum Auſtriæ Duce Friderico, carnificis manibus obtruncavit. Dn. D. Lans. *orat. contr. Gall.* 282. Baiazetes, Turcarum Rex, equites Gallos captivos Hungaris ſuppetias ferentes, magno

nume-

numero & ex intervallo mactari curavit: vix Johanni Comiti de Nevers, qui Burgundiæ postea Dux factus fuit, vitam, eamque donavit hâc occasione; quòd Astrologus quidam asseverâsset, eum multorum malorum in orbe Christiano futurum auctorem. Pasquier *5. des recherches cap.24.* Sed demum ille idem Bajazetes, à Tamerlane, Tartarorum Imperatore, prælio victus, captus, miserriméque habitus fuit. Nec possum, quin Leunclavij verbis, quæ habentur, *histor. Musul. Turcar. lib.7.* hanc historiam enarrem. Quodam tempore, quum unà Temur & Bajasites sederent, adloqui Temur Gilderunem (sic enim Turcæ Bajasitem vocant) in hanc sententiam cæpit: O Chan, ô Rex, siquidem ipse tuam in potestatem cum militibus meis venissem, quid de nobis fecisses? Per Deum te obtestor, ut ingenuè rem omnem mihi fatearis. Ad ea Gilderun Chan: Si mihi venisses in manus, inquit, curâssem è ferro caveam fieri, teque conclusum in eâ, militúmq; tuorum verticibus impositum, per omnes Regiones tuas, circumgestari jussissem. Atque hoc equidem priusetiam, quàm prælio congrederemur, mecum ipse, decreveram. Tum verò Temur: Quo tempore meis, ait, è Regionibus, ipse discedebam: juratus promisi Deo, siquidem prælio victor evaderem, neminem me deinceps à pugnâ commissâ interfecturum. Subjecit hoc etiam sanè quàm prudenter: Qui rectè facere cogitat, tandem invenit aliquid boni: qui malè cogitat facere, finem malum invenit. Discessit igitur hisce cum verbis à Gilderune Temur, & caveam è ferro fieri curavit, cui Gilderunem inclusit, ac secum, quocunque proficisceretur, deinceps eum circumduxit. Parcendum itidem est in bello litteratis, sedibúsque literatorum, seu Academiis. Et sic olim, cum Demetrius Rhodum obsideret, Protogenes Pictor, in horto suburbano quem habebat, captus, & ad Demetrium ductus fuit. Qui cum eum interrogaret, quâ re fretus, extra muros versari fuisset ausus, respondit: Putavi te Rhodiis, non artibus, bellum inferre. Mexia. *2. de la Silva de varia Lecion. cap.18.* Sic & Anno 1547 post aliquot dierum obsidionem, in Caroli V. Imperatoris, potestatem venit Witteberga; nec tamen damnum aliquod illatum fuit, Doctori Casparo Crucigero, Universitatis Rectori, Templíq; Arcis Concionatori, Johanni Bugenhagio Pastori, & aliis quibusdam, qui in Urbe manserunt. Sic & tempore eodem ferè, Tubingēsium urbs & ager (intuitu solum Academiæ) ab Hybernis Hispanorum, totum alioqui hunc Ducatum, incursionibus & præsidiis suis graviter premētium, liber & immunis mansit. Cl. Dn. D. Harpprecht *in orat. funebr. Dn. D. Nicolai Varenbyler fol.635.* In Lusitanico bello, licet Philippo II. Hispaniarum Regi, quidam auctores essent, ut Academiam Conimbricensem (quod Ius Regis, verbis & scriptis obstinatissimè impugnâsset)

tanquam tumultuum seminarium, extirparet. Et tamen is, non tamen Academiæ antiqua jura, privilegia, ac libertates servavit: verùm etiam eos Doctores, qui contra ipsum legerant, aut scripserant, dissimulatâ generosè in uriâ, fovit, præcipuóque favore est prosequutus, stipendiis confirmatis & auctis. Cl. Dn. Doct. Lansius, *orat. pro Hispan. fol.* 239.

IX. Tandem de bello ad res vel nostras vel Sociorum repetendas suscepto; etiam hostis adimere possumus suas: Lucan. *lib.* 1. *vers.* 350.

—— *Arma tenenti*
Omnia dat, qui justa negat. ——

Cæterum quod capitur hostibus devictis, id omne in jus & potestatem Principis venit, cujus auspiciis geritur bellum. *l. divus.* 31 *ff. de jur. fisci l.* 15. *l. prædam.* 13. *ad L. Iul. peculat.* Ærodius *rerum judicatar. lib.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. Addatur *l.* 20. §. 1 *ff. de postlim.* Illud autem quod milites capiunt in pugnæ ardore fit singulorum. *l.* 5. *in fin. de acquir. rer. dom.* Res verò immobiles & homines, postliminio redeunt. *l.* 16. *l.* 19. *in princ. &* § 3. *ac.* 10. *ff. de jur. postlim. l.* 36. *de religios. l.* 7. *in princip. de acquir. rer. domin.* Non res mobiles aliæ. *l.* 28. *l.* 30. *de postlim.* Cujac. 19. *observ. cap.* 7. Sed de captivis, & infrà aliquid dicam.

X. Stratagemata bellique furta, licita sunt: ut & Exploratores. Lips. *5 polit.* 8. Hipp. à Collib. *in princ. cap.* 22. Danæus 7. *polit.* 6. Machiavell. 3. *disput.* 40. Kirchnerus *disput. th.* 4. *lit. c.* Jun. *quæst.* 75. Gentil. 1. *cap* 3. Casman. *cap.* 51. Gerhardi. *dec.* 7. *quæst.* 5. Conzen. *lib.* 10. *polit. cap.* 38. Waremundus *de fœderib. lib.* 1 *cap.* 2. *n.* 58. *& seqq. fol.* 171. *&c.* Se vide *les essais* de Montaigne, *lib.* 1. *cap.* 5. *à princ.* Atque hîc valet illud Poetæ:

Dolus na virtus, quis in hoste requirat.

Et quamquam multi contradicant, placet tamen illud Libanij. Melior est mihi Dux, qui victoriam veluti suffuratur, quanquam qui veretur ne per furtum vincat. Cum quo sentit & Salustius, quem Servius & Isidodus scribunt probasse Duces, qui in cruento exercitu victoriam reportâssent. Pulchrè Silius *lib.* 5.

Bellandum est astu levior laus in Duce dextræ.

videatur & Vegetius *lib.* 3. *&* 9. Sic Xenophon. 1. *Instit. Cyri. fol. m.* 35. Enitere quantum potes, ut cum tuis instructus hostes non instructos deprehendas, cum armis inermes, cum vigilantibus dormientes, &c. Ac multò magis in rebus bellicis novæ machinationes laudem merentur, quippe quæ hostes decipere facilius possint &c. Et ita nova stratagemata, veteribus meliora reputantur. Waremund. 1. *de fœderib. cap.* 2. *nu.* 78. Ac de stratagematibus consulendi Phontinus, Poliænus, &c. Sic Hannibal Pœnus cum circumposita ureret, Fabij Dictatoris agro pepercit; ut

eum

eum tanquam Proditorem ſuſpectum redderet. Nam ad decipiendum hoſtem ſemper intentus fuit: quos enim non potuit aperto Marte ſuperare, dolis eſt aggreſſus, teſte Plutarcho *in vitâ Annibal.* Ac quamvis ferè in omnibus à Plutarcho Hannibal ac Scipio comparentur; & Scipio etiam non ſemel uſus ſit dolo bono: tamen in hoc genere Hannibalem Scipionem crediderim ſuperaſſe. Alcibiades verò non tam bono dolo, quàm aſtu & perfidiâ, imò impietate & crudelitate rem geſſit. Plutarchus *in vitâ Alcibiad.* ut & Lyſander. Plutarch. *in vit. fol. 865.* Et Alexander Magnus, qui noluit Darium aggredi noctu, ne victoriam furari magis, quàm verâ fatitudine acquirere videretur; hoc ipſo ſubtili ſtratagemate uſus eſt: ne ſcil. Darius jam ſemel victus, Alexandrum viribus ſuis diffidere, indè conjicere poſſet. Plutarch. *in vit. fol. m.* 1 2. Sed Ageſilaus reputabat, rudes & ignorantes, minus quàm ſagaces ſtratagematibus decipi poſſe. Plutarch. *in vitâ. fol.* 44.

XI. Sed & erga hoſtem dolus malus in verbis & factis, abeſſe debet. Et generoſi hominis eſt, quærere victoriam, rationibus honeſtis; Dn. Piccart. *obſerv. decad.* 10. *cap.* 2. turpibus ne ſalutem. Facius *axiomat. bell.* 10. Verborum quidem dolus in pactis, abeſſe debet: ut & omnis cavillatio, quæ & timidum & perfidum arguit animum: ubi verò pactum non intervenit, ibi mendacio hoſtem fallere licet, fingere enim hæc aut illa tutò poſſumus ſine reprehenſione, uti ille noſtrarum rerum & conſiliorum ambiguus ſit atque ignarus. Sic & hoſti quoque, fides eſt ſervanda, fugiendique ſunt vani perfidiæ prætextus. Richterus *axiom. œconom.* 134. *& ſeq.* Aliàs absque perfidiâ, dolo bono uti licet, adverſus hoſtem, id eſt, ſollertiâ quâdam callidâ. *l.* 1. *d. dol. mal.* Val. Guil. Forſter. *tract. Iuſtinian. lib.* 4. *diſput.* 7. *th.* 2. *à princ. fol. m.* 755. Eleganter Plutarchus *in Ageſilao. fol. m.* 13 Pacem juratam violare eſt Deos ludibrio habere: ſed decipere inimicos, honorificum reputatur, & utile ſimul eſt, atque jucundum. An autem belli Ducem, de pace cum hoſte ſuo conferentem; aut cum de pace tractatur, civitatem obſeſſam capere licet. vid. Montaign. *des eſſais* 1. *cap.* 5. *&* 6. Ut vim vi repellere licet, ita dolum dolo: in dolo autem omnis adverſarius eſt, qui nobis injuſtè infert bellum. Facta quod attinet, debet ab iis quoque abeſſe dolus, ſed improbus: neque enim veneno occidere licet hoſtem. Amirato. 1. *diſcurſ.* 13. Cominæus *lib.* 8. *cap.* 5 *fol. m.* 728. Plutarch. in Phyrro *fol. m.* 779. Et indè cum Carolus V. diffamaretur, quod ipſius inſtinctu, Franciſci I. filius, major natu, veneno fuerit extinctus: operosè ſe excuſavit Bellay. *in fin. lib.* 6. Et demum ſub Caroli VI. Galliæ Regis Regno, ceptum fuit in Galliis tollere veneno, quorum vita exoſa erat malis. Girard. *tom.* 2. *fol.* 423. Non item in hoſtem pugnandum eſt veneficiis aut arte magicâ, non te-

lis venenatis, non venenis aquæ corrumpendæ, aut gypso farinam inficiendo, non venenatis bestiis, ut serpentibus, aspidibus. An vero bestiis pugnare licet in hostem? Elephantos, Canes usurpatos legimus, & fortasse non contra justitiam belli. Tauros, Leones, apros, ursos, inductos in aciem detestatur doctissimus Poëta Lucretius, *lib.* 5. longo Carmine. Milites etiam clandestinis artibus ad defectionem sollicitare, auro corrumpere, aut Urbes cum Philippo Macedone mercari, haut omnes probant. Pyrrhus apud Ennium, *lib.* 6. *Annal.* bellum cauponari hoc vocat. Æschilus *in septem. Theb.* & Herodotus καπηλεύειν τὴν μάχην. Armorum item omni genere in hostem uti, jura belli permittunt: etiamsi nova sint aut recens inventa: Falsis quoque & mentitis armis uti licet, & vestibus & insignibus, ut se faciat eum, qui non est, & errorem hostibus obiiciat. Exempla sunt quà in sacris, quà in profanis. Facere etiam ea permissum, quæ sunt contra superstitionem hostis, eique terrorem incutere possunt. Sic Cambyses *apud Polyænum lib.* 8. prælium commissurus cum Ægyptiis, cum sciret canes & feles eos tanquam Numina venerari, statuit illa animalia in primâ acie; quæ ferire cum nollent Ægyptij, fugerunt. Philippus Macedo Justin. *lib.* 8. lauro coronat milites, quos ducebat adversus Phocenses, qui templum Apollinis spoliârant, ut maleficij memoriâ, & arboris Apollini sacræ objectu terrerentur, neque consilio defuit eventus. Non etiam emittendi sunt **Mordbrenner**; aut sicarij, qui hostem nostrum ex insidiis afficiant morte. Quamvis contra Sertorium hoc medium usurpârit Metellus. Plutarch. *in vitâ Sertorij fol. m.* 1147. Non itaque probo ingenium Matthiæ Ungariæ Regis; qui existimavit licere jure ferro occidere Georgium Podiebracium; non veneno: ardente enim bello inter Georgium & Matthiam, venit ad hunc quidam ex familiaribus Georgij, qui ferro se Georgium confixurum promittebat, si à Rege præmium aureorum quinquies mille numeraretur. Matthias, scripto Chyrographo, quod postulabat proditor, pollicitus est; promittens etiam majora ad finem cogitationes perducenti. Elapsis aliquot diebus, Regi Matthiæ significavit proditor, gladio Georgiũ satellitibus stipatum interfici non posse, veneno extingui aptissimè. Rex Matthias noluit ut venenum exhiberet, repetens illud, Romanos ferro, non venenis pugnare consuevisse; monuitque Georgium, vitaret venena, nullisque cibis, nisi prius prægustatis uteretur. Sanè frigida admonitio & in speciem facta: cur enim non monebat eundem de domestico proditore. Martin. Boreck. *in Chron. Bohem. in vitâ Georgij Regis XIV. pag.* 570. & Cureus *in Annalib. Silesiæ, in vitâ. Matthiæ. pag.* 178. Sed annè licet hostem interficere, sub prætextu amicitiæ & simulationis? Hoc quidam ex Judithæ libro, adstruere volunt. Alij scriptum hocce, non authenti-

thenticum, sed Comœdiam esse, exhibitam Judæi reputant. At utut sit, certè etiam ex sententiâ multorum Theologorum haut est temerè imitandum, illud Judithæ Exemplum, vid. Mirambilem de Bonacosa. *in tr. cui tit. Ficta Iuditha & falsa.* Et factum Judithæ tanquam Heroicum, non imitandum: cum plenum mysterij sit, uti rectè loquitur Scipio Amiratus. *lib. 2. discurs. in Tacit. pag. 88. cap. ult.* & fuit extraordinarij Juris, à Domino, ut, inquit Alberic. Gentilis. *lib. 2. de jur. belli cap. 8. m. pag. 271.*

XII. Exploratores etiam, qui omnia hostium dicta facta rimentur & aucupentur, tutò in bello habentur; Conzen *lib. 10. cap. 51.* quin & per transfugas & captivos exquirere fas est, quid hostis moliatur. Undè Dux Homericus apud Platonem, ex eo laudatur; quòd fuerit consiliorum hostilium fur: & Polybius *lib. 3.* ponere eam inter potissimas virtutes Imperatorias non veretur, si omni studio Naturam & ingeniũ hostis, consilia, castra, vires, exploret. Hincque Galli rectè dicunt: *Si l' ost, sçavoit ce que fait l' ost; l' ost defairoit l' ost.* Langei *2. fol. 144.* Constat autem falsam inquisitionem vel informationem de dicto aliquo &c. habitam; idem prorsus damnum, atque periculum secum trahere; quod Consiliarius minùs prudens, & mẽdax, vel Dux belli imperitus. Soranz. *in proẽm.* quem vide. Et item *sur le rapport des ennemis, fondre un conclusion en chose de grande importance, semble aucunement avoir espece de legeretè.* Bellay *lib. 7. fol. m. 700.* Ac quomodo res, quæ inter Christianos Principes aguntur, in notitiam Turcarum perveniant: tradit idem Soranz. *cap. 60.* Ut & quomodo de rebus Turcarum certiores reddamur. *cap. sequent.* edocet. Item locorum, in quibus belligerandum est, peritia quid conducat, monet ille idem, *cap. 114.* Et porrò, ajunt, Christianos & fideles posse fungi munere exploratorum. *Num. cap. 13.* P. Martyr. *Samuel. 2. cap. 10. vers. 7. 1. Samuel. 14.* Eósque Deus servat. Josuæ *cap. 2. & cap. 13.* Casus *de Republ. lib. 5. n. 11.* Danæus *lib. 7. polit. pag. 544.* Quamvis deprehensi vivi exurantur, aut furcâ suspendantur. *l. 3. §. ult. ad L. Cornel. de sicariis.* Sic & Monlucius *lib. 1. comment. fol. m. 36. & b.* de obsidione Parpigniani loquens, scribit: *C'est un mestier trop dangereux, & que j' ay tousjours hay: tant y a que ce coup-la je devins cuisinier, pour recognoistre la place, ce que je fy tres-bien. Voyla pourquoy ie dy, que si Monsieur d' Annebaut m' eust creu, facilement il eust prins la ville: mais il voulut adiouster plus de foy à un Masson Gascon apposté, que les ennemis avoient jettè dehors, faignant se venir rendre, pour amuser Monsieur le Mareschal, à le faire venir assailler la ville par le costè, qu' il l' assaillist, & à son Ingenieur qu' à moy: tellement que nous ne fismes rien.* Et idem *lib. 2. fol. 103. b. Vn general sur tout, doit en voyer un vieux routier, ou un homme fort asseu-*

rè pour descouurir. Vn homme non experimentè, prendra bien tost l' alarme,& s' imaginera,que les buissons sont de bataillons ennemis.

XIII. Proditoribus difficilis quæstio est. vid. Conzen *lib.10.cap.52.* Danæ. *lib.7.politic. cap.6.fol.526.* Proditione autem infami affinia arbitrantur nonnulli facta illa transfugia & Zopyrianismos: neque Zopyrus laudem merebatur, neque Magnus Rex laudando illum reprehensione vacabat. Veteres etiam Romani, proditionibus vincere noluerunt. Agell. *3.cap.8.* Plutarch. *in Camillo.* ubi *de Bello cum Falisciis.m.fol.255.* Proditores quandoque utrinque puniuntur,& remittuntur ad suos. Montaigne. *3.des essais cap.1.fol.m.807.* Loys Guyon *tom.3.des divers. leçons lib.2. cap.28.* Et tamen proditori si fides publica data sit, ea servari debet: ac etiam Romani, præmium quandoque proditoribus contulerunt. vid. Ærod. *rer.iudicatar.lib.7.tit.4.passim.* Ita Iudicum *cap.1.vers.24. &c.* Videntes speculatorem quendam exeuntem è Civitate illà, dixerant ei: ostende nobis jam ingressum istius Civitatis, & exercebimus erga te benignitatem. Siccum ostendisset ipsis ingressum ipsius Civitatis, percusserunt civitatem acie gladij, virum autem illum cum totâ familiâ ejus dimiserunt. Ferè autem, etiam qui proditionem amant, detestantur proditores: quod Carolus Burbonius suo Rege deserto, partes Caroli V. Imperatoris sequens, proprio damno expertus fuit. Botero *d. detti fol.63.* Adde Richter. *axiom.æconom. 85.* Et certè proditoribus non est fidendum, neque enim mihi fidem servare potuisset, qui Patriæ non pepercit. *apud Vopisc.* Aurelius Imp. Proditio plerúnque amatur, proditor odio habetur. Plutarch. *Romul.fol.m.52.* Et proditores, qui Patriam vendunt, simul seipsos mancipant hosti; Plutarh. *Vit. Demost.in fin.* Et suadet etiam Monluc. *lib.1.fol.14.* ut exulibus ac bannitis, fides non habeatur, nec oppida vel arces ipsis concedantur, ubi ait: *qu' il est tres-dangereux de s' ayder de celuy, qui quitte son Prince, & seigneur naturel: non pas qu'on le doive refuser, quand il se vient ietter entre ses bras, mais on ne luy doit donner une place, avec laquelle il puisse faire sa paix, & r' entrer en grace avec son Prince. Ou pour le moins, si on le faict, que le temps ait apporté une telle aßeurance, qu' il n' y ait nul doubte: car cependant il se sera comme accoustumè au pays, où il vient exilè, & fugitif, & aura acquis & receu de bienfaicts. Si on le veut employer, mettez le loing de ceux, avec lesquels il peut avoir pratiquè. A ce que j' ay ouy dire aux Capitaines de l' Empereur, quand bien Charles de Bourbon eust prins Marseille & la Provence, l' Empereur n' eust pas faict ceste faute, de la luy bailler en garde quoy qu' il eust promis.* Et Danæus *supr. d.loc.* contra P. Martyrem disputat, qui censet; Patriam justo bello oppressam, prodi posse: quamvis enim bellum siet justum, non tamen tale est, respectu Civis. Puto ita transfu-

gere

gere quidem ab iis virum pium, & debere & posse, quos scit esse injustos: & quum stat, versatúrque adhuc, in eorum partibus, admonere eos suæ injustæ & malæ causæ, & sana iis consilia debet suppeditare, quemadmodum fecit illa Mulier Bethmahachita suis Civibus. 2. *Samuel.* 20. Prodere autem hostibus Civitatem in qua est, aut partes, quas tuetur, & quibus stat & eas hostibus exponere, nemo pius, meâ quidem sententiâ, debet, aut bonâ conscientiâ potest. Fidem enim iis datam violat. Et Rahabæ meretricis factum, Josuæ *cap.* 6. utpote singulare, nil in contrarium operatur.

XV. Nonnulli etiam belli jus in providentiâ divinâ, & sublimiori aliquâ potestate ponunt: ad idque allegant, quod habetur Iud. *cap.* 11. *vers.* 23. *&c.* Tradit Iehova Deus Sichonem & totum populum ejus in manus Israëlitarum; qui percusserunt eos. Sic hæreditario jure possedit Israël totam terram Emorræi, hæreditario inquam jure possederunt. Nonnè cujus hæredem institueret te Cemusch, Deus tuus, illius hæres esses; sic quemcunque expulit Iehova Deus noster à facie nostrâ, illius hæreditatem obtinebimus. Iudic. 11. *vers.* 23. Ferè eâdem ratione Veneti, occupationem Cypri coloraverunt, & in solo detentionis jure sese contra Sabaudos hæredes legitimos fundaverunt. Quâ de re ita Vanderburgius. *in histor. Sabaud. fol.* 248. scribit. Sabaudiæ Duces, legatione Regnum hoc si à Republicâ Venetâ tradi, restituique non una vice postularunt. Quanquam irriti semper legationis domum reversi, qui in eam rem missi fuêre, nec aliud ullum unquam retulerunt responsum, quàm *Cœum Cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum.* Dicere quasi vellent, sicut Cœlum DEO, ita terras generi mortalium datas. DEI itaque beneficio se, & jure idcircò optimo regnum hoc possidere. Alij prætendunt jus Majoritatis: Sicque vulgò apud Germanos proverbij loco usurpatur, **der Stärckest schiebet den schwächern in Sacck.** Nec verò id primum adeò ortum est à nobis, inquit Thucydides. *in orat. Atheniens. contr. Lacedæm.* sed id semper comparatum fuit, ut potentior imbecilliorem coerceat: Sicque Aristoteles etiam confidenter scribit: quod est potentius, natura dominatur imbecilliorem. *τὸ ἰσχυρὸν βίᾳ ἀνέιτω ἀδυνάτου.* quod ex Pindaro citat Plato: & ité Demosthenes, *in orat. de Rhodior. libert.* Qui rerum potiuntur imbecillioribus, interpretantur ius, ac definiunt: Et antiquum habet Emblema, *Minor esca Maioris.* Nam vi aliquid tentate, inquit Dio *lib.* 52. *pag.* 465. etsi id cum incuriâ aliorum coniunctum est, tamen humanæ Naturæ conveniens quodammodo exististimatur. Qui enim aliis quapiam in re præstat, iis plus habere se æquum iudicat, idque si consequatur, fortunæ, potentiæ; sin minus, fati legibus adscribitur: ac rursus imbecilliores non libenter patiuntur, ut æquales

fiant

fiant potentiores. Non enim est quicquam rerum omnium, quod magis sit cavendum, quàm ne majorem fieri patiamur. Demosth. *in orat. de falsa legat.* Ego *in tract. de session. prærogativ. cap. 1. num. 3.* Et licet ex sententia Isocratis, non justum sit, ut potentiores, imbecillioribus dominentur, *in orat. pro pace.* Ego *de Increm. Imper. cap. 3. n. 2.* Tamen Brennus interrogantibus Romanorum legatis, quo pacto Clusium Hetruriæ Vrbem obsideret? Jure, inquit, naturali hoc facio: quò is, qui minus fortis sit, potentiori cedere jubeatur. Plutarch. *in Camill. fol. m. 259.* & Aristides *in orat. quam ad Rhodios habuit.* Lex, inquit, est Naturæ, à potentioribus planè clarior facta, ut majoribus minores pareant. Alc. *lib. 2. Parad. cap. 21.* Pertinet huc, *le droict de bienseance.* ut jure nobis deberi putemus, quod Imperio nostro, ratione situs, vel aliter commodum est. Hocque Jus rarò quidem apertè Principes urgent, sed tamen, nunquam ipsis alij prætextus speciosi desunt. Girard. *lib. 1. fol. 59. & lib. 9. fol.* 800. Sunt enim Magnates, si credimus Plutarcho, *in Phyrro fol. m. 768.* omnis juris & æqui incurioſi. Indeq; meritò Demetrius Phalereus differentiam olim constituit, inter Conscientiam Auruspicis & Regis. Plutarc. *in Arato. fol.* 908. Et fuit Juvenum Athenienſium Iuramentum, quòd putaturi sint, fines Athenienſiũ, extendere se eò usque, quò vinæ olivæ, frumenta &c. sererentur. Plutarch. *Alcibiad. fol. 381.* Etiam Controversiæ de Regno, nõ disputationibus aut judicio; sed gladiis & armis decernũtur. *Materie de Royaume, ne se doit iuger par dispute, mais par guerre.* Regna sententiis Doctorũ nec dantur, nec adimuntur. Conestag. *lib. 3. de Portug. coniunct. fol.* 148. Et quamvis aliqui dicant, Pontificem Max. Iudicem esse inter Reges Christianos. Attamen ipse Philippus II. Rex Hispan. antiquis Exemplis, quibus adstruitur, sedem Apostolicam, in controversiis Regnorum iudicem esse, novum non temerè addendum esse reputavit. Conestag. *d. lib. fol. 169.* Voluit enim P. M. litem Portugallicæ successionis, suâ sententia definire, eoque nomine legatum ad Philippum misit. Et licet illius sententiam non metuerent Castellani; quòd iudicarent, Legatum non ausurum fuisse tantæ litis decisionem in Hispaniâ in se solum recipere: nisi pro Rege Philipp. sententiam ferre constituisset: tamen non censebant decere negotium hoc ipsi committere, quòd reputarent, Pontificem sub umbrâ fungendi munere patris communis, ad se, ut dictum est, supremum de Regnorum controversiis iudicium transferre, & præter insolitam auctoritatem, quæ hâc ratione sedi Romanæ acquireretur, etiam Regem, propter Regnum, veluti ex manu suâ acceptum, sibi & familiæ suæ in perpetuum devincire conari. Conestagius *lib. 6. fol. 313.* Ac certè Philippus, cum quæstionem illius successionis, non tantùm Præsulibus, & publicis ac ordinariis Theologiæ professoribus, verùm

verum etiam Jesuitis, & Franciscanis examinandam proposuisset; magno consensu omnes pronunciârunt, cum Jus Regis adeò esset manifestum, & liquidum, illi nihil aliud agendum restare, quàm ut illud Regi Henrico (qui antea Cardinalis, & non cælebs modò sed & jam propter effætam senectã extra omnem spem sobolis erat) extra judicium exponeret, deque eodem Consilium Regis edoceret, cæterosque Regni Incolas, qui sincero animo veritati aures accommodarent: Utque tum his, tum aliis, quibus posset, modis, amicè peteret ac instaret, ut à Rege Henrico successor declararetur. Sin verò hæc omnia debitum pondus apud Regem, & subditos non haberent, Philippum satis suo officio fecisse: & armis possessionem occupare posse: propterea quòd, Rex absolutus, & nullius Jurisdictioni obnoxius esset, nec ulli, nisi soli DEO causam suam probare; Regi verò & Regno Ius suum tantum indicare teneretur: Et hoc caput dicebant postea omni dubitatione carere cæpisse, propter mortem Henrici interim secutam. Et hanc ob causam neminẽ jam esse in universo terrarum orbe, qui sibi in hac lite sententiam ferendi jus arrogare posset. Nam nec ad Papam hoc spectare; propterea quòd esset quæstio de re merè temporali, neque ullæ circumstantiæ hîc concurrerent, quæ interdum in temporalibus jurisdictionem tribuunt eidem: nec ad Imperatorem, quem nec Castellæ nec Lusitaniæ Regna recognoscerent: multò verò minus ad quosdam Iudices ab Henrico datos. Nam non tantum Henricum non potuisse Iudices eligere, qui post mortem ipsius judicarent, verùm etiam eosdem Iudices esse subjectum litis, utpote de quibus controversia esset. Præterea Regem seipsum inhabilem reddidisse, cum se partem constitueret, & simul successoris nominandi jus sibi assereret. Denique, hic omnibus cessantibus, tamen neminem esse Lusitanorum, quin in hoc negotio, propter publicum in Hispanos odium, jure optimo recusari posset. Censebant etiam eum non posse cogi in arbitrum compromittere. Præterquam enim, quod vix, ac ne vix quidem tales homines inveniri possent, quibus res tam momentosa, tam periculosa, tot suspicionibus obnoxia, tutò committeretur, arbitrium etiam non habere locum, nisi in causis dubiis: dubias autem causas esse, cum Advocati aut Doctores titubant, nec disertè pro alterutra parte pronunciant, propterea quòd etiam pro parte contrariâ rationes æquè validæ militant. Verum, cum in hac quæstione, ad unum omnes consentirent, illam nec dubium nec arbitrium recipere. Philippus itaque cum constituisset, si sponte suâ Lusitani illum non admitterent, vi possessionem apprehendere, se ad bellum parabat. Conestagius *lib. 4. fol. 212.* Qui idem *lib. 5. fol. 248. &c.* Eâdem de re sequentia habet. Rex Hispaniæ omnibus copiis, in unum locum coactis, antequam

in Lusitaniam ingrederetur, non contentus tot, antea consultorum Theologorum judicio & sententiâ, quam summâ cum diligentia exquisiverat; voluit denuò in Universitate Alcalana (ubi Facultas Theologica maximè floret) quæstionem de Exercitu in Lusitaniam ducendo, deque postulationibus Oratorum Lusitaniæ examinandam, proponere. Congregatis itaque omnibus Theologiæ Doctoribus (erant autem plures, quàm tringinta) precibus ad Deum fusis, sacrisque factis, de quæstione proposita (quam singuli privatim diligentissimè excussérant) tribus sessionibus disputârunt. Quamvis enim illa non esset adeò difficilis & intricata: erat tamen maximi momenti, & inusitata. Descenderunt autem magno consensu in eandem sententiam cum illis, quos Rex prius consuluerat (quorum tamen argumenta & rationes non viderant) & decretum in formam authenticam redactum, ad Regem miserunt. Fuerunt ipsis proposita tria capita. *Primum*, utrum Rex, qui certus sit, ad se, tanquam ad legitimum hæredem successionem Regni Lusitaniæ devolutam esse, mortuo Rege Henrico in foro Conscientiæ teneatur se subjicere ullis Iudicibus aut arbitris qui Regnum illi adjudicent, eumq; in possessionem mittant? *Secundum*, cùm Lusitani ipsum pro Rege suo agnoscere & recipere recusent, nisi unâ cum cæteris competitoribus sententiam expectet: utrum jure possit possessionem Regni apprehendere, propriâ authoritate, & armis adhibitis contra eos, qui obluctaturi essent? præsuppositio hoc, quod de jure suo non dubitet, nec ullum conscientiæ scrupulum experiatur. *Tertium*, cum dicant Gubernatores Regni Lusitaniæ, se & omnes Regni incolas jurâsse, neminem pro Rege, nisi eum qui per sententiam successor legitimè declaratus fuerit, agnituros. Seque aliâ conditione Regem ullum recipere non posse: præsertim cum Competitores conquerantur, seque Sententiæ parere paratos esse profiteantur; voluit ideò Philippus edoceri, an Gubernatores & subditi, sub juramenti prætextu, justè se excusare possint, quominus ipsum ad Regni possessionem admittant. Ad *primum* respondérunt, Regem in foro conscientiæ, non teneri se subjicere ullis Judicibus aut arbitris: cum auctoritate propriâ sibi hæc Regna adjudicare & possessionem eorum apprehendere possit. Nominatim autem à potestate judicandi; in hac causâ excludebant Principes & reliquos, qui sibi jus in ea pronunciandi arrogare posse videbantur. Et primùm debitâ honoris præfatione, & veluti deprecatione ad Papam, & sedem Apostolicam præmissâ, negabant Papam esse Iudicem competentem: propterea quod hîc ageretur de re merè temporali, nec ulla sese offerret earum circumstantiarum, quæ Pontifici potestatem indirectam in causis temporalibus respectum aliquem spiritualem habentibus, tribuere solerent. Im-

Reges

peratoris Jurisdictioni Regem obnoxium esse negabant; ideò quòd Reges Hispan. supremam potestatem habent; nec ullâ in re Imperatorem recognoscunt: multò verò minus illum alterius alicujus Regis judicio stare cogi, dicebant. Reipublicæ & Regno Lusitaniæ, itidem Philippum subditum esse negabant; propterea quòd Respublicæ quæ Regem eligunt, ipsique Imperium deferunt, in posterum subjectæ sunt illi, in quem potestatem suam contulerunt: ita ut nulla illis Jurisdictio reliqua sit in Regem, aut legitimos successores; cum per primi Regis electionem, etiam omnes legitimi eius successores electi intelligantur. Cum itaq; constet in hoc casu de vero successore, necessariò hinc sequi, Reipublicæ Lusitaniæ nullam Jurisdictionem competere in verum successorem: & tam certò statuere Regem se non esse subditum tribunali hujus Reipublicæ, quàm certò statuat se esse verum Successorem. Quantum ad undecim Iudices, quos ex viginti quatuor Rex Henricus delegillet; dicebant Henricum non posse esse Judicem illius, qui ipsi mortuo succederet. Per mortem enim officium administrandæ justitiæ expirasse, omnemq; Jurisdictionem & authoritatem in successorem derivatā fuisse. Contra Arbitros brevibus agebant, & compromisso atq; arbitrio locum esse negabant in causis, quæ nō sunt dubiæ: qualem hanc esse *pro confesso* sumebant. Respondebant illis, qui dictitabant, Philippum jus in Lusitaniæ Regnum sibi arrogare, non ut Regem Hispaniæ, sed ut Cognatum Henrici: & ideò eum prærogativa, quæ ut Rex Hispaniarum haberet, in hoc casu uti non posse. Negabant hanc divisionem imaginariam, in Regis Personam cadere; eò quod hæc ita conjuncta sit cum dignitate Regiâ, ut non possit fieri injuria Personæ, quin etiam dignitas lædatur: & quoniam Rex aliquis bellum alii Regi inferre potest, propter injuriam fratri, confœderatis & amicis factam, tanto magis bellum licitum esse, quod Regni, per legitimam successionem ad se devoluti, occupandi causâ suscipitur. Respondebant etiam illis, qui contendebant jure Civili & Canonico cautum esse, ut de re litigiosâ cognoscatur, & pronuncietur, in eo loco, ubi illa est: & per consequens hanc litem esse in Lusitaniâ decidendam; dicebant jura illa loqui de hominibus privatis, qui habent Judices superiores, non de Principibus absolutis, & à nemine dependentibus. Ad *Secundum* Caput respondebant, adhibitis multis rationibus, quas etiam in primâ responsione ante adduxerant. Negabant à Rege aliud postulari posse; quàm ut Gubernatores edoceat de jure, & manifestis rationibus, quæ ipsi Regnū illud ad judicant. Qui si, his neglectis, in pertinaciâ persistant, Regē propriâ authoritate posse Regni possessione apprehendere, & (si necessitas flagitaret) etiā armorū terrore obstinatos ad obedientiā cōpellere.

Neque autem hanc injuſtam vim hoc caſu adpellari poſſe ; ſed potiùs defenſionem Regni jure ſibi debiti, & juſtam rebellium pœnam. Ad *Tertium* reſpondebant, illos, qui præſtiterant Juramentum, non poſſe cogi ad illud obſervandum : cum conſtaret neque in Luſitaniâ, neque alibi ullum eſſe judicem, cui jus eſſet pronuntiandi in hac causâ inter ipſos & Regem. Prætereà Iuramentum tendere in præjudicium Regiæ dignitatis : & ut Juramentum non obligaret eos, qui illud præſtiterant ad obſervationem : ita etiam illud non poſſe ab iiſdem prætendi ad Regiæ Majeſtatis Imperium recuſandum. Conteſtationem verò Competitorum, & promiſſionem de obedientiâ ſententiæ præſtanda, non eſſe tanti momenti, ut Rex propterea ſe Iudicibus non competentibus ſubjicere cogeretur. Porrò Rex Philippus cum has rationes cognoviſſet, exiſtimavit poſſeſſionis Regni apprehenſionem non eſſe diutiùs differendam. Hactenus Coneſtagius. Sic & Lyſander, Argiis, cum Lacedæmoniis de finibus habentibus litem, Gladium monſtravit & ſimul dixit : Qui in hoc fortior eſſet, melius defendere cauſam finium regundorum, inter liberos populos, quæ exiſtat. Et Boëtios etiam idem interrogavit, Num mallent ut haſtis erectis, vel declinatis, ad pugnamque paratis, tranſiret per eorum Regionem. Plutarch. *in vitâ Lyſandr. fol.* 882. Pariter Carolus Galliæ Delphinus (qui poſtea ejus nominis VII. Rex fuit) cum ſucceſſione indignus, ab ipſo ſuo Patre, Lutetianoque Parlamento judicaretur, ad mucronem gladii ſui provocavit. Si Girard. *tom.* 2. *fol.* 724. Paradin. *lib.* 3. *des Annal. d. Bourgogn. fol.* 672. Verùm & non infrequenter lites per arbitros, etiam inter Magnates liberos quæ erant, cognitæ, compoſitæque fuerunt. Sicque Antonius Pius Imper. cauſas Regales terminavit. Capitolin. *fol. m.* 139. Sicque Angliæ Rex, arbiter inter Imperatorem Carolum V. atque Galliæ Regem conſtitutus, inobedientem punivit. Langei. 2. *lib. fol. m.* 114. Ita & Barbaræ nationes, Dagobertum pro Iudice & arbitro habere volunt. Girard. *tom.* 1. *fol.* 145. Offt haben die Schweitzer frembde Herren vnnd Stätt zu jhren Schildleuthen erwehlet. Stumpff. *paßim.* Quandoque etiam eâ conditione pax initur, ut ſi controverſia quædam nova ſuboriatur, per arbitros ea ſopiatur. Ita Girard. *lib.* 13. *fol. m.* 101. Pacificationis cujuſdam facit mentionem, ubi inter alia continebatur. *Que quand aucun debat naiſtra de là en avant, entre lesdicts Comtes de Flandres & de Hainault; ils ne pourront plus commencer par guerre : mais ſe ſoubmettront au dict & Ordonnance de ſix preud'hommes, lesquels en qualitè d'arbitres decideront de touts leurs differents, ſelon qu'en leurs conſciences ils trouueront eſtre de raiſon.*

CAP.

CAPUT VI.

De Rationibus belli gerendi.

I. CUm omnis victoria sit à DEO, cum eodem imprimis bellum est auspicandum. Sicque Judas Machabæus, semper confidebat cum omni spe, auxilium sibi à DEO affuturum: & hortabatur suos, ne formidarent ad adventum nationum; sed in mente haberent, adjutoria sibi facta de Cœlo, & nunc sperarent, ab omnipotente sibi victoriam affuturam. Et allocutus eos de lege & Prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant priùs, promptiores constituit eos; singulos autem illorum, armavit non clypei & hastæ munitione; sed sermonibus optimis & exhortationibus. Considerans porrò Machabæus, adventum multitudinis & adparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manum in Cœlum, prodigia facientem Dominum invocavit &c. Sicque Judas & qui cum eo erant, invocato DEO, per orationes congressi sunt, manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes; prostraveruntque non minus triginta quinque millia, præsentiâ DEI magnificè delectati. 2. *Machab. cap. ult.* Sic de Theodosio Magno, bellum Eugenio inferenti: Ruffin. *hist. Ecclesiast. lib.* 10. *cap.* 33. Igitur præparatur ad bellum, non tam armorum, telorumque, quàm jejuniorum, orationumq; subsidiis, nec tam excubiarum vigiliis, quàm obsecrationum pernoctatione munitus: circuibat cum Sacerdotibus & Populo, omnia orationum loca. *Et postea.* Tum ille ut conversas suorum acies vidit, stans in editâ rupe; undè & conspicere, & conspici ab utroq; exercitu posset, projectis armis, ad solita se auxilia vertit, & prostratus in conspectu Dei: Tu, inquit, Omnipotens Deus, nosti quia in nomine Christi filii tui, ultionis, ut puto, prælia ista suscepi, si secus, in me vindica. Si verò cum causâ probabili & in te confisus, hûc veni, porrige dexteram tuis, ne fortè dicant gentes, ubi est Deus eorum? Quam supplicationem pii Principis, certi à Deo esse susceptam, hi qui aderant Duces, animantur ad cædem &c. Quæ eadem refert Historia Tripartita *lib.* 9. *cap.* 45. Et indè jam modò dicta Histor. Tripartita. *lib.* 11. *cap.* 17. narrat, Theodosium, si quando bella moverentur, secundum David confugisse ad Deum: cumque sciverit eum præliorum auctorem, inimicos orationibus superâsse.

II. Magna apud gentes Dei ignaras olim, & adhuc dum inter Politicos quæstio est: Numnè Fortuna an Prudentia majus adjumentum adferat in bello? Constat cuncta & minutissima, quoque manu Dei dirigi atque gubernari; sed & eundem Prudentiam, Vires, animumque

atque alia ſubſidia largiri ei, cui victoriam deſtinavit. Attamen Providentia DEI, (quam *Fortunam* Gentiles indigitârunt) potiores obtinet partes, & ſæpè immediatè, ac contra rationem, ſpemque omnium agit. Non Fortunæ, ſed Prudentiæ ductu, Turcas, ad tantam potentiam aſcendiſſe, Traduccius probat, *fol.* 197. *&c.* quodque bonum ordinem ipſa fortuna ſemper ſoleat comitari, ſcribit ad finem tract. ſui, quem Turcam invicibilem inſcripſit. Et idem tamen fatetur, in rebus bellicis fortunam utplurimùm dominari, & in pugnis eius Imperium inprimis adparere; ubi Decretum Ducis, non rectè intellectum vel perceptum, ubi ordo præſcriptus non rectè obſervatus, ubi temeritas, aut vana quædam vox, à minimo Milite edita, victoriam hoſti parat, quem victum credebamus; Ubi denique ex improviſo innumeri caſus eveniunt, quos Dux Belli, conſilio ſuo prævertere, vel aſſequi nunquam potuit. Alii urſerunt Fatum (namque Fato Stoici adſcripſerunt, quòd Fortunæ Epicuræi.) Sed nec Fortuna neque Fatum, probitatem & diligentiam evertunt. Namque irrationales ſunt preces eorum, qui ignavi & timidi, victoriam à DEO optant. Plutarch. *Paul. Æmil. fol.* 477. Seneca pulchrè, *Epiſtol.* 16. Dicet aliquis: quid mihi prodeſt Philoſophia, ſi fatum eſt? quid prodeſt ſi DEUS Rector eſt? quid prodeſt ſi caſus imperat? Nam & mutari certa non poſſunt, & nihil præparari poteſt adverſus incerta: ſi aut conſilium meum DEUS occupavit, decrevitque quid facerem, aut conſilio meo nil fortuna permittit. Quicquid eſt ex his, vel ſi omnia hæc ſunt, philoſophandum eſt, ſive nos inexorabili lege fata conſtringunt, ſive arbiter DEUS univerſi, cuncta diſponit, ſive caſus res humanas ſine ordine impellit & jactat; Philoſophia nos tueri debet. Hæc adhortabitur, ut DEO libenter pareamus, ut Fortunæ contumaciter reſiſtamus: hæc docebit ut DEUM ſequaris, feras Caſum! adde Montaign. 1. *des eſſais. cap.* 33. Hiſque ferè conſimilibus conſolatus ſe eſt M. Anton. Philoſophus Imp. cùm Avidius Caſſius Imperium affectaret; cum ad Verum Collegam, ita ſcribit: Si ei divinitus debetur Imperium, non poterimus interficere, etiamſi velimus. Scis enim Proavi tui dictum, *Succeſſorem ſuum nullus occidit.* Sin minus, ipſe ſponte ſine noſtra crudelitate fatales laqueos inciderit. Adde quod non poſſumus Reum facere, quem nullus accuſat, & (ut ipſe dicis) milites amant. Sibi ergò habeat ſuos mores, maximè quum bonus Dux ſit, & ſeverus & fortis, & Reipublicæ neceſſarius. Nam, quod dicis, liberis meis cavendum eſſe morte illius: planè liberi mei pereant, ſi magis amari merebitur Avidius quàm illi, & ſi Reipublicæ expedit, Caſſium vivere, quàm liberos Marci. Vulcat. Gallican. *in Avidio.*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [104] - 102

Avidio Cassio. Et cum ille idem, consensu omnium interemptus, & caput eius ad Antoninum quùm delatum esset, ille non exsultavit, non elatus est: sed etiam doluit ereptam sibi esse occasionem misericordiæ, cum diceret, se vivum illum voluisse capere: ut illi exprobraret beneficia sua, eumque servaret. Denique cum quidam diceret, reprehendendũ Antoninum, quòd tam Mitis esset in hostem suum, ejusque liberos & affectus, atque omnes quos conscios Tyrannidis reperisset, addente illo, qui reprehendebat, *Quid si ille feciſſet?* dixisse fertur, *Non sic DEOS coluimus, nec sic vivimus, ut ille nos vinceret.* Enumeravit deindè, omnes Principes qui occisi essent, habuisse causas quibus mererentur occidi; nec quemquam facilè bonum vel victum Tyranno vel occisum; dicens meruisse Neronem, debuisse Caligulam; Othonem & Vitalinum nec imperare voluisse. Nam de Pertinace & Galbâ paria sentiebat, quùm diceret; *In Imperatore avaritiam esse acerbissimum malum.* Denique non Augustum, non Trajanum, non Adrianum, non Patrem suum, à rebellibus potuisse superari, quùm & multi fuerint, & ipsis vel invitis vel insciis exstincti. Vulcat. *ibid.* Et sic omnes, qui præclaras gesserunt res, Fortunatos simul, hoc est, virgulâ quasi Divinâ ductos, gubernatosque videmus. Hocque ipse agnovit Sylla, qui & Felicis cognomine adpellari, non ut olim Timotheus Athenienſis ægrè tulit. Plutarch. *in Sylla fol.* 901. Et idem cum post Triumphum, pro more, ad populum res à se gestas commemoraret; non sollicitè minus, Fortunæ favorem, quàm industriam suam commendavit. *ibid. fol.* 936. Licet Crassus apud Plutarchum *in vita fol.* 1108. Romam, non Fortunâ magis, quàm patientiâ laborum, & constantiâ in adversis, ad tantam magnitudinem pervenisse, reputavit. Dioni & Bruto, viris certè magnis omnia ex æquo adversa acciderunt. Plutarch. *in Dion. à princ.* Alexander Magnus, quem furiosum magis, quàm prudentem esse multi reputabant: Plutarch. *in vitâ fol.* 152. Ettamen Fortunam faventem habuit semper. *ibid. fol.* 166. & 199. *jungantur Plutarchi libri* 2. *de fortunâ Alexandri.* Julius etiam Cæsar, Fortunæ debuit cuncta, idque etiam fassus est ipse: cum navigans, ita nautam consolaretur: quod Cæsarem veheret, & unâ fortunam ejusdem. Plutarch. *in vitâ fol.* 254. Sed id quod dicitur non ex eventu de jure judicandum esse: non providentiam id justitiamque Divinam tollit: sed vel eam latentes habere causas, vel post mortem vindicare multa solere, probat. Indè Lucanus 1. *vers.* 125.

Nec

Nec quenquam jam ferre potest Cæsarve priorem,
Pompejusve parem. Quis justius induit arma,
Scire nefas; magno se Iudice quisque tuetur:
Victrix causa Deis placuit, sed victa Catoni.

III. Et providentia etiam, omnia fausta vel minus fausta, edocere videntur: quæ tamen levia quandóque sunt. Ita in Capitibus Pacificationis (Lusitaniæ & Castil. Regum) disertè expressum fuit, pacem fieri in Centum & unum Annos: posito, ut solet, tempore finito, sed id pro Vaticinio reputatum fuit: quia illa pax præcisè totidem Annos duravit &c. Conestagius *lib. 1. fol. 23.* Ac porrò ut primo Lusitaniæ Domino, (quamvis Comiti tantum) nomen fuerat Henrico: ita etiam postremus fato quodam idem nomen sortitus fuisse videbatur. Conestagius *fol. 197. lib. 4.* Abitus Regis Portugall. Sebast. (in Africam) unà cum classe tam mœstus fuit, ut apertissima infelicium successuum indicia apparerent. Conestag. *in princ. statim lib. 2.* Quidam etiam omina captârunt. *L'Empereur (Carolus V) affecte un presage du succes de son entrepriſe en Provence; à ceſte cauſe s'avance deux journées plus toſt pour arriver ſur les confins de France, à la Feſte de S. Iaques: par ce qu'au meſme temps jour precedant il avoit prins terre en Afrique & gaigne Tuniſi auſſi que les Eſpangnols, tiennent ce Sainct pour leur Patron: de là prend occaſion, de d'aranger ſes ſoldats.* Langei 7. *fol. 655.* Leo P.M. quòd Pyrius pulvis, fulmine inflammatus, grandioré Turrim Castelli Mediolanensis, horrisono ictu disjecisset; exindè augurium captavit, Gallos tum Ducatus illius usurpatores, tanquam irâ Divinâ prægravatos, pelli posse. Quâ de re ita scribit Bellaius *lib. 1. fol. 93. Le Pape Leon, ayant eu nouvelle, que le foudre emporta la groſſe Tour du Chaſteau de Milan; print cela à bon augure pour luy & mal pour les Françoiſ: diſant que l'ire de Dieu eſtoit tombeè ſur eux, & reſolut de ſe declarer contre le Roy, eſperant, que cela luy ſeroit propice.* Leporis occursus infelix reputatur: Et cum Angli contra Philippum Valesium Galliæ Regem, inciperent funesta illa bella; Lepus Gallicanum exercitum commovit totum, & diu post, in fausto Marte pugnavit ille. Sed subjungere lubet, quæ habet Froissart. *lib. 1. cap. 43. Vne Lievre paſſant parmiles champs, ſe bouta entre les Françoiſ eſtans en bataille. Lors commencerent ceux qui le veirent à crier & à huer, & à faire grand noiſe, pourquoy ceux qui eſtoient derriere, cuidoyent que ceux de devant ſe combatiſſent, parquoy ceux qui eſtoient derriere ſi meirent pluſieurs leurs bacinets en leur teſtes &c. là eut fait pluſieurs nouveax chevaliers &c. qu'on nomma tousjours les Chevaliers du Lievre.* Nomen Mahumetis, ut omnium Christi fidelium detestatione, & execratione dignissimum, propter duorum qui ejusdem nominis Imperatorum facinora horrenda & imma-

immanitates, quibus Christianum nomen persecuti sunt: Sic ipsi quoque Turcæ propter siniſtras quasdam & fatales opiniones, quas de eo mente conceperunt, illud perhorrescunt. Anxii enim in eo versantur, metu & sollicitudine, ne, quod prius sæpè contigisse norunt, nunc quoque eveniat. Sciunt enim Constantinopolim quæ caput est Imperii, post priorem illam eversionem, secunda sua initia, & incrementa Constantino Magno debere; eandem postea sub alio Constantino, Christianis ereptã & vi captam esse; quorum uterque Matrem habuit, eodem Helenæ nomine. Planè ut Romanorum Imperium, quod cum ab Augusto initium cepisset, sub Augustulo quodam extinctum fuit. Similiter ergò & illi verentur, ne Mahumete Imperatoriâ dignitate fungente, sedes Regni Constantinopolitani iterum illis eripiatur, quemadmodum à Mahumete II. bello atq; armis in potestatem eius redacta fuit. Soranzius *cap.* 1. Leviora alia omnia multa passim inveniuntur apud Spartianum, Lampridium, & Auctoribus aliis illis junctis; ut & apud Cicarellam, de Pontificibus Romanis. Sicq; de Adriano Spartianus: Tribunus plebis factus est; in quo Magistratu ad perpetuam Tribunitiam potestatem, Omen sibi factum asserit, quòd pænulas amiserit, quibus uti Tribuni plebis pluviæ tempore solebant, Imperatores autem nunquam. Equus pullus eâ horâ, quâ natus Pertinax fuit, in tegulas ascendit: atq; ibi breviter commoratus, decidit, exspiravitque. Ex quo Imperium summum, sed breve, & exitus tristioris, conjiciebatur. Capitolin. *in Pertinace.* idem *ad fin.* addit: Signa interitus hæc fuerunt: Ipse ante triduum, quam occideretur, in piscina sibi visus est videre hominem cum gladio infestantem. Et eâ die quâ occisus est, negabant in oculis eius pupulas cum imaginibus, quas reddunt spectantibus, visas. Et quum apud Lares sacrificaret, carbones vivacissimi extincti sunt, quùm inflammari soleant: & Cor & Caput in hostiis non est repertum. Stellæ etiam juxta Solem per diem visæ sunt clarissimæ, ante dies, quàm obiret. Et ipse Omen de Juliano Successore dedisse dicitur. Nam quum ei Didius Julianus, fratris filium obtulisset, cui desponderat filiam suam, adhortatus Juvenem ad Patrui sui observationem, adjecit, *Observa Collegam & Successorem meum*: nam ante Julianus ei & in Consulatu Collega fuerat, & in Proconsulatu successerat. Eadem habet Spartianus, *in Iuliano*, qui idem pro omine vendidat, quòd cùm Consul designatus, de eo sententiam dicens, ita pronuntiasset, *Didium Iulianum Imperatorem appellandum esse censeo*, Julianus suggessit, *adde & Severum*: quod cognomentum Avi & Proavi Julianus sibi adsciverat. Sed verò successorem sibi eâ voce imprudens designavit Severum. Pariles Imperii prænunciationes, de Severo refert Spartianus. In prima pueritia, priusquam Latinis Græcisque

cisque literis imbueretur, quibus eruditissimus fuit, nullum alium inter Pueros ludum, nisi ad Judices exercuit: quùm ipse prælatis fascibus ac securibus, ordine Puerorum circumstante, sederet ac judicaret. Habuit etiam aliud omen Imperii: quum rogatus ad cœnam imperatoriam, palliatus venisset, qui togatus venire debuerat; togam præsidiariam ipsius Imperatoris accepit. Eâdem nocte somniavit, Lupæ se uberibus, ut Remum inhærere vel Romulum. Sedit & in Sellâ Imperatoriâ temerè â ministro posita, ignarus quod non liceret. Dormienti etiam in stabulo Serpens caput cinxit, & sine noxa expergefactis & acclamantibus familiaribus, abiit. Proficiscens ad Germanicos exercitus, hortos spacioso comparavit, quum anteà ædes brevissimas Romæ habuisset, & unum fundum. In his hortis, quum humi jacens epularetur cum filiis parvâ cœna, pomaque apposita major filius, qui tunc quinquennis erat, conlusoribus puerulis manu largiore divideret, Paterque illum reprehendens dixisset: *Parcius divide: non enim Regias opes possides*: quinquennis puer respondit, *sed possidebo*. Cuculus etiam, vel coccyx, sinistrum augurium reputatur: hicque cum hastæ Hirprandi, Lombardiæ Regni candidati insedisset; in causa fuit, ut ad Regnum haut fuerit admissus. Girard. *lib.* 2. *fol.* 195. Caroli Magni mortem præsagia quamplurima annunciârunt, Solis Ecclipsis admodum magna, conflagratio Pontis Mogontini, ab ipso facti. Palatium Aquisgranense contremuit, & globus magnus, turri ibidem infixus, flumine dejectus fuit, & alia adhuc acciderunt, quæ recenset Girardus, *lib.* 4. *fol. m.* 361. Sed interdum Imperiti, aut Impii, & humanis viribus confidentes, contemnunt, vel etiam in meliorem partem interpretantur, ostenta quoque satis clara. Exemplum est ejus rei apud Josephum, qui de excidio Hierosolymitano ita scribit: Miserabilis Populus, illis quidem fallacibus, Deumque calumniantibus, credulus erat: certis verò Prodigiis, & futuram solitudinem pronunciantibus, neque attendebant animo, neque credebant: sed velut attoniti, nec aut oculos habentes, aut animos, edicta DEI dissimulavêre. Modò cùm supra Civitatem sydus stetit simile gladio; & per annum perseveravit Cometes; modò cùm ante defectionem, primique belli motus, ad diem festum azymorum populo conveniente (octavus autem dies erat Aprilis Mensis) nonâ horâ nocturnâ, circa Aram, itemque Templum, tantum lumen effulsit, ut clarissimus dies putaretur: & hoc usque ad mediam permansit horam: quod imperitis quidem bonum augurium esse videbatur; à Sacrorum verò peritis, aliter interpretatum fuit. Eodemque Festo die, etiam bos, cum ad hostiam duceretur, agnum in

medio

medio fani peperit. Orientalis porta interioris Templi, cùm esset ænea atque gravissima, & sub vesperam vix à viginti viris clauderetur, serisque ferro vinctis obseraretur, pessulosque altos haberet, in saxeum limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatum, visa est noctis hora sexta sponte patescere. His autem curriculò, per custodes templi Magistratui nunciatis, ascendit ille, vixque eam potuit claudere. Verùm & hoc iterum ignaris quidem signum optimum videbatur. Deum namque bonorum portam sibi aperuisse, dicebant. Prudentiores verò, Templi tutamen sponte suâ dissolutum iri, cogitabant; & hostium donum esse, portas aperiri: solitudinemque illo ostento signari, inter se pronuntiabant. Post dies festos, diebus paucis, vicesimo primo die Mensis Maij, visio quædam apparuit, fidem excedens: namque antè solis occasum, visi sunt per inane ferrei currus totis Regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, & Civitati circumfusæ. Festo autem die, quam Pentecosten vocant, nocte Sacerdotes intimum templum, more suo ad divinas res celebrandas ingressi, primùm quidem motum, quendamque strepitum senserunt; postea verò subitam vocem audière, quæ diceret, *Migremus hinc*. Sed sinistri reputati ominis interpretationem benigniorem, feliciter captavit Guilhelmus, Angliæ Conquestor: primo enim in Insulam appulsu cum pronus in terram cecidisset, hoc ita interpretatus est, quasi ambabus manibus adprehenderet Regni possessionem. *Quelques uns prindrent cela à mauuais augure, mais luy au contraire dit, que c'en estoit un bon, & que c'estoit la saisine de ceste terre que Dieu luy faisoit prendre à deux mains. Incontinent un de ses Chevaliers alla à la couuerture d'une Maison couuerte de chaume, & en print une poignée, laquelle il presenta au Duc; disant: je vous baille la saisine de ceste terre, & Royaume, & vous promets que devant un mois je vous en verray Seigneur. Ce que pareillement le Duc print en bon signe* Girard. *lib. 6. fol. mihi 566.* Fœdus inter Galliæ Regem & Principes Germaniæ quosdam, Chamborticum ideò dictum, quòd Chamborti, ejus quædam προβουλεύματα sint facta, perfectum fuit (præsente Fraxineo nomine Regis, Mauritio Electore, Alberto Brandenburgensi, & Landgravio Wilhelmo.) Fridevvaldæ in arce Venatoria Hassiæ; & jam præstito Iuramento, tonitrua audiverunt Principes, quibus turbati visi sunt; uno tamen ex Hassiacis consiliis dicente, optimum esse Omen, nec quicquam adversi timendum, licet eodem tempore maxima inundatio Cassellis fuerit. Waremund. *lib. 1. de fœderib. cap. 2. num. 41.* Et certè felicem eventum non habuit confœderatio illa. Ac item simile ob prodigium, adoptio Pisonis à Galba molita, infausta reputata fuit. Plutarch.

Galba fol. mihi. 931. Sicut & de Canibus Lipsius, *cent.* 1. *ad Belgas Epist.* 44. *fol. m.* 47. recenset: Cum bellum (ait) inter Helvetios, Hallosq; esset, canes ingenti numero, qui heros suos secuti fuerant, paucis diebus ante prælium, relictis Gallicis Castris, Novariam & in Helvetiorum stationes venisse: eorumque pedes lambendo, & caudâ adulando, quasi futuri eventûs præscios, sese mox victoribus submisisse. Quo velut divinitùs oblato prodigio, Helvetii animati, alacriter in prælium manusque venisse, & nobilem illam victoriam peperisse. Nec caruit præcipitata & infelix illa, contra Siculos Athenienſium expeditio, omnibus certis; quæ recenset Plutarch. *in Alcibiad. fol. m.* 387. *& Nicia fol.* 1053. quæ tamen Alcibiades, confictis oraculis, aliisque dolis elusit. Non caruit excidium Crassi, indiciis talibus certis. Plutarch. *Crasso, fol. m.* 1098. Nec item infortunium Dionis. Plutarch. *in Dion. fol.* 783. *& seq. ut &* 788 *ac* 796. ut & Cassi ac Bruti. Plutarch. *in ipsor. vitis* Philippus Macedo, quem Romani vicerunt, milites adhortaturus, stetit in loco quodam elevato; sed quia multa ibi cadavera sepulta erant, cladem mox futuram, indè multi præsagiverunt. Plutarch. *in Quint. Flamin.* Phyrrus Spartam oppugnans, in somno visus est urbem illam fulmine tactam, conflagrari: id quod indicio fuit, eam haut iri captum, cùm fulmine læsa, sancta & inviolabilia fuerunt reputata. Plutarch. *Phyrro. fol.* 791. Demosthenes item oracula adversa contempsit, & Phythiam quasi in Philippi Macedonis partes inclinantem, habuit suspectum: sed tamen Consiliis suis non evitare potuit fatalem cladem, finemque Patriæ suæ libertatis. Plutarch. *Demosth. fol. m.* 526. *& seq.* Non denique caret Alexandri Magni vita, omnibus scitu dignis. Is contra Persas bellum moturus, Oraculumque Apollinis sciscitaturus, Delphos venit, sed die qui habebatur infortunatus, quóq; consulere Deum non liceret. Vatidicam ergò anum, Templũ ingredi nolentem, vi eò traxit: quæ cùm dixisset: *Invincibilis es ut video fili mi.* Is ominoso hoc responso contentus, non aliud sibi amplius necessarium reputavit. Plutarch. *in vitâ fol.* 150. Mense Junio Asiam ingressus, quidam tum temporis pugnandum haut esse reputabant; eò quod Mensis ille Macedonibus minus felix reputabatur. Et ideò præcepit ut porrò alter Majus nominaretur. *fol.* 152. *& ibi passim* alia occurrunt.

IV. Sed ad belli gestionem, prudentiamque propiùs accedam, quæ certè multifaria requiritur in ipso bello administrando. Et de belli gestione, omnium primò hoc quæritur, Præstet ne (in bello defensivo) hostem expectare domi; annè expediat, ei obviam prodire, & extra fines Imperii bellum gerere? qua de quæstion. Machiavell. 2. *de Rep.* 12. Bodin. 5. *cap* 5. Canonhiero 8. *dell' introduzz. cap.* 21. Marnix *sect. 8. resolut.* 11.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [110] - 108

lut. 11. Junius *quæſt.* 73. Renatus de Luſingâ, *de increment. Imperior.* 1. *cap.* 2. *fol.* 14. Theſoro polit. *part.* 2. *cap.* 3. Amirato 18. *diſcors.* 2. Kirchner. *ult. th.* 4. *b.* Hoenon. *diſputat. polit.* 7. *th.* 1. *in fin.* Fürſtliche Erchreden *cap.* 19. *lib.* 2. Optimè Paruta. 1. *cap.* 4. 5. *&* 6. Traduccius *in Turcâ vincibili fol. m.* 291. *&c.* Diſtinguendum aliquibus videtur, inter loca & Regiones. Sunt quæquam Regiones munitæ, inſtructæ quoque Civibus rei militaris peritis & fortibus, aliæ contra, his deſtitutæ. Iis longè à Patriâ bellum gerere tutius eſt: illis melius geritur domi. Clades namque in Patriâ nimis eſt periculoſa, ſi Cives ſint exercitati, inibique majore cum commoditate adminiſtratur bellum. Domi ſemper hoſtem Scythæ expectarunt. Iuſtin. *lib.* 1. *fol. m.* 9. Econtra Turcam non niſi in meditullio Imperii ſui, vincibilem eſſe, multi cenſent. Theſoro Polit. *part.* 1. *fol.* 149. *relat. del Turco per tot.* In locis anguſtis expectandus eſt hoſtis. Amirato. 18. *cap.* 1. Sed non niſi certi ſimus, eum aditu prohiberi poſſe; quod Patrum noſtrorum memoriâ neglexerunt Galli, in Inſulâ Tercerâ, vid. Coneſtagium, *de Portugall & Gall. conjunctione.* & nuper Rhæti. Ac etiam Anno Chriſti 1523. Proſper Columna viſus eſt, militarem ſolœciſmum commiſiſſe: *d'avoir voulu entreprendre de garder le pas d'une riviere contre une armée Françoiſe, venant en ſa premiere furie.* Bellay *lib.* 2. *fol.* 163. Sed pro eo an hoſtis ſit domi expectandus, Rationes ſunt ex utraque parte, quas adducit Michaël Montanus. *lib.* 1. *des eſſais. cap.* 47. *fol. m.* 261. *&c.* qui tandem concludit: nihil hîc certi ſtatui poſſe, cùm in bello præſertim, etiam optimè deliberata, ſortiantur triſtem eventum. *Nous avons bien accouſtume de dire, avec raiſon, que les evenemens & yſſues dependent notamment en la guerre, pour la plus part de la fortune: la quelle ne ſe veut pas renger & aſſujettir à noſtre diſcours & prudence.* Id quod & Manilius *Aſtron. lib.* 4. docet:

Et malè conſultis pretium eſt, prudentia fallax,
Nec fortuna probat cauſas ſequiturq́, merentes:
Sed vaga per cunctos nullo diſcrimine fertur.
Scilicet eſt aliud quod nos cogatq́, regatq́,
Majus, & in proprias ducat mortalia leges.

Hûc pertinet diſputatio Demoſthenis & Phocionis apud Plutarchum. *in Phocion fol.* 309. ille putabat contra Philippum extra fines Athenarum pugnandum eſſe: hic nihil referre exiſtimabat; nec diſpiciendum ubi bellum gerendum, ſed quomodo victoria debeat obtineri. Præclare item Xenophon. *lib.* 1. *inſtit. Cyri ad fin.* Humana ſapientia nihilo certius, quod optimum eſt diligere novit, quàm ſi quis hoc aget quod ſors obtulerit. Xenophon. *in fin.* 1. *Inſt. quem omninò vide.* Obiter hîc ſubjungo, pateſcere ex rationibus circa hanc quæſtionum allatis; ſervitium

interdum extra Patriam præstare tenere Vasallum: si nempe Imperii conservandi, & territorii jam quæsiti retinendi, vel recuperandi, causâ, terram hostilem ingredi, Dominus consultum esse putet. Anton. Borrinius, *de Cavalcatâ Vasallorum part. 1. cap. 9.* Nam sic ampliatur die Landsrettung. In deliberando, an bellum protrahendum? elucet prudentia Ducis. Amirato 18. *cap. 5.* vid. *Consil.* Carol. V. *in bello Smalcaldico, apud Thuanum.* Interdum sanè cunctando felicissimè repelluntur hostes: quâ ratione Ludovicus XI. Galliar. Rex semper usus fuit. Comin. *fol.* 280. *fol.* 496. *& fol.* 530. Ac item Augustus, cùm parta tueri vellet. Sueton. *August. cap.* 25. Vicissim alius modus belligerendi, ab eo usurpari debet, si quis omnia turbare velit: ut Cæsar (de cujus temerariâ audaciâ, Sueton. *in vitâ cap.* 57. alia, ab eo, qui velit sua conservare; quod optimè fit cunctando. Rectè Monluc. 1. *de Comment fol.* 73. *b. Celuy qui craint tousjours de perdre, se pourra conserver, mais non pas faire grande conqueste.* Paratis verò & aggredientibus semper differre nocuit. Sic & de Romanis, qui ferè nunquam non bellum offensivum gerere solebant, ita Polybius scribit, 1. *histor.* Omninò, ait, Romani, in omni re quam instituant, violenti, & quicquid semel proposuerint, id necessariò fieri debere existimantes, nihilque eorum, quæ semel decreta ipsis fuerint, non posse fieri statuentes; efficiunt illi quidem pleraque omnia hâc tantâ violentiâ & impetu, ex animi sententia: in quibusdam tamen notabiles clades patiuntur. De Albani artibus, belliquegerendi modis, latè Conestagius agit, *de Portugall. conjunct. lib.* 9. *fol.* 484. *&c.* inter alia ita scribens: Valuit judicio & dexteritate, in loco commodo, Castris deligendo. Itaque etsi hostibus interdum viribus longè inferior esset: tamen frenum illis injiciebat. Tantum enim arte assequebatur, ut nunquam eum tali in loco reperirent, in quo prælium recusaret. Satis promptè ipse pericula adibat; sed Milites suos non facile in discrimen adducebat: semperque plus fiduciæ in industriâ, quàm in fortunâ collocabat. Severarum legum Militarium (à quarum rigore salus exercituum, & regnorum conservatio dependet) asperat, & inexorabilis executor. Erat naturâ propensus ad victorias incruentas, & sors etiam ipsi bella, ingenio ejus apta, obtulit. Nam cùm maxima ex parte illa ad defensionem comparata essent, decebat eum tanquam Ducem prudentem, bellum ducere potius, & expectare, donec hostem difficultates, quæ in ditione aliena bellum gerentibus objiciuntur, enervarent, quàm totum Regnum aleæ subjicere, nullo alio proposito præmio, nisi victoria unius prælii, idque contra eum, qui nihil, nisi Militem perdere poterat. Et in hanc sententiam respondit Albanus in Regno Neapolitano Consiliariis bellicis, anno quinquagesimo octa-

vo,

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [112] - 110

vo, cùm, pulsis Gallis, hortarentur illum, ut manus consereret cum hostibus, qui sese recipiebant. Dixit enim se nolle ludendo deponere Regnum Neapolitanum, contra chlamydem, ex auro & serico textam. Tali enim tum temporis indutus erat Dux Guysiùs, Imperator Copiarum Henrici II. Galliæ Regis. Sanè nonnulli carpebant in eo, quod nimis cautus esset in exequendis magni momenti rebus tempore belli. Fuit item Prudentissimus æstimator, potentiæ & dexteritatis sui hostis. Hincque idem Conestagius, *lib. 5. fol.* 254. de eodem scribit: Quamvis Albanus contentus esset numero Militum, qui præstò erant; tamen illum hoc fiducia peritiæ suæ, & imperitiæ hostium facere: spemque superiora pericula evadendi nulla in aliâ re collocare videbatur, quàm quod Lusitanos non judicaret perfeciſſe tantum in rei militaris scientiâ, ut sibi impedimenta objicere, à tergo circumventum morari, in rerumque necessàriarum penuriam conjicere nossent: quibus artibus si illi uti didicissent, rem periculo non carituram esse, & Albanum vel ad retrocedendum, vel ad pugnam iniquo loco, & dubiâ victoriâ ineundam adigi, vel saltem quominus eo anno Tagum transiret, impediri posse. Interdum hostis domi quidem exspectatur, sed exercitus eidem opponitur tali in loco, ut ubicunque ingruat, commodissimè occurri queat, *qui est lieu propre pour faire teste a l'ennemy, quelque part qu'il vueille marcher; car c'est au milieu de la frontiere.* Bellay *lib. 1. fol. 13.* Cùm Anno Christi 1523. Galli Ducatum Mediolanensem invasissent, in eo erravit Ammiralius Bonnivetus; quòd urbem metu inopinato perculsam non statim aggressus est, sed paucos tantum dies Prospero Columnæ concessit. *Car ce temps durant, le Seigneur Prospere rasseura ses gens, & les bagages qui estoient chargez, pour se retirer furent dechargez, & avecques extreme diligence, & un nombre incroyable de Casta dours, releva les ramparts des lieux plus ruinez. Puis voyant les forces n'estre suffisantes pour garder plusieurs places, abandonna tout le Duché, gardant seulement Milan, Cremonne & Pavie: attendant que nostre armeé eust paseé sa fureur, & que l'hyver, qui estoit proche, l'eust matteé.* Bellay. *lib. 2. fol.* 164. Qui idem *lib. 2. fol.* 189. *&c.* refert errores à Francisco I. in Italia commissos, qui postea causa fuerunt, Cladis Ticinensis. Sed prudenter magis se gessit Rex ille, in defensione Regni sui, cùm Carolus Quintus, Anno Christi 1537. Galliam subigere in animo haberet. Certe Francisci I. pulcherrima & Machiavelli consilio (*2. de Republ. cap. 12.*) consona deliberatio, extat apud Bellay. *6. fol. 568. §. à la proposition usque ad fol. 574. §. à ceste deliberation &c. fol. 662. autres pensemens & consultations du Roy usq; 686. §. a ceste conclusion. &c. fol. 773. § telle avoit. &c. usque ad fin. lib.* adde Montaigne

1. cap.

1. *cap.* 43. *in fin.* Vicissim apud dictum Bellaium videri potest deliberatio aggressoris Caroli V. tunc cum modò dictum susciperet bellum. *fol.* 636. §. *tout les preparatifs. &c. usque fol.* 646. §. *je ne voye &c.* At hujus expeditionis eventum. *vid. lib.* 8. *fol.* 785. Profuit etiam tum Gallis, quòd loca, quæ tenere nequiverunt, spoliârunt, & planè hosti inutilia fecerunt. *Guast fait par les François en Provence.* Bellay *lib.* 7. *fol.* 661. *& seq. à Aix. fol.* 698. *& seq. car elle n'estoit tenable &c. vid. omninò fol.* 689. §. *le stre usq; ad fin.* §. Ac *d. lib.* 7. *fol.* 695. Bellaius scribit: *Ainsi fut conclu de desloger, & sur chemin continuer le deguast. Les bandes du Pays marcherent les premiers & sur la queüe le Capitaine Claude Gascon, pour achever de gaster ce que les autres auroyent espargné: par ce qu' il auroit moins de respect à ce faire, que n'eussent eu les gens du pays, ausquels il faisoit mal de gaster les bleds, & les maisons, de leurs parens & voisins.* Idemque fecerunt in Anglicanis bellis Galli. *Et avoit le Roy de France abandonné au gens d'armes de son pays, tout ce qu'ils trouvoit sur le plat païs. Si avoient les Anglois grand soufferte.* Froissart *fol.* 2. *cap.* 53. Non item voluit prælii tum aleam experiri Franciscus. Idem Bellayus *lib.* 8. *fol.* 778. *Le Roy pourvoyoit à tout selon l'exigence & occurrence de temps & occasions, en intention de ne marcher à son camp, si non que l'Empereur vinst l'assaillir: auquel cas il ne vouloit failler de s'y trouver, ou qu'il vist ses forces si bien unies & assemblées, qu'il peut (sans rien evidemment hazarder) aller chercher son ennemy: sachant de quelle consequence luy seroit de perdre une bataille, en son Royaume, contre un puissant & obstiné ennemy, que l'Empereur; & quelle ouuerture son dit ennemy auroit apres une victoire de pousser outre, Là ou au cõtraire l'Empereur ne pouvoit riens perdre du sien.* Etiam nimis superstitiosæ deliberationes, timiditatis aut perfidiæ, faciunt præsumptionem: quales fuerunt Marchionis Saluzani apud Bellaium *lib.* 6. *fol.* 595. & Urbini Ducis apud Guicciardin. *lib.* 17. Hostis in nostro territorio versans, meliori conditione debellari nequit, quàm si omnis succursus ipsi adimatur. Ita victus fuit exercitus Gallorum, Lautrecio Duce, qui 28. integros menses toti Italiæ imperitavit: *car il fut ruiné, par faute d'estre refrais Chie.* Bellay *lib.* 3. *fol.* 271. *&* 275. Monluc. *lib.* 1. *fol.* 25. *b.* Idemque suasit Henrico Castilliæ Regi, Arnoldus de Andreghen, cùm ab Anglis, Aquitaniam tum obtinentibus, oppugnaretur. *Sire, se vous me voulez croire, vous les déconfirez sans coup ferir: car (se vous faites garder tant seulement les destroits & les passages, parquoy pourverances ne leur puissent venir) vous les affamerez & de confirez par ce poinct, & retourneront en leur païs, sans arroy & sans ordonnances & alors vous aurez vostre volonté & voz desirs accomplis.* Froissard. *fol.* 1. *cap.* 240. Magnum etiam commodum nanciscitur aggressor,

greſſor, ſi ex improviſo adoriatur hoſtem. Ita vicit Petrum Caſtiliæ Regem, frater ipſius nothus: cùm ei Bertrandus du Gueſclin conſuluiſſet: *que tantoſt, avecques la plus grand' partie de ſes gens, le Roy Henry chevauchaſt à effort, devers le Roy Dom Pietre: & en quelconque eſtat qu'on le trouvaſt, qu'on le combattiſt: car (dit il) nous ſommes informez, qu'il vient à grand effort, & à grande puiſſance ſur nous: & trop nous pourroit grever s'il venoit par advis jusques à nous: & ſe nous allons à luy ſans ce qu'il le ſache, nous le prendrons bien luy & ſes gens, en tel parti, & di déſpourveument, que nous en aurons l'advantage, & ſeront dé confits: je n'en doute mie. Le conſeil de Meßire Bertrand fut ouy & tenu, & ſe partiſt de l'oſt, ſur un ſoir, le dit Roy Henry, & en ſa compaignie tous les meilleur combattans, par election: & laiſſa tout le demourant de ſon oſt en la garde & gouvernement du Comte Dom Teille, ſon frere: & chevaucha outre, & avoit ſes eſpies tous jours allans & venants, qui ſavoient & rapportoient ſongneuſement la convive du Roy Dom Pietre, & de ſon oſt, & le Roy Dom Pietre ne ſavoit riens du Roy Henry, ne qu'il chevauchaſt aiſi contre luy: tellement que luy & ſes gens en chevauchoient plus eſpars, & en plus petite ordonnance.* Froiſſart *volum. 1. cap. 245.* Turcæ bello finem nunquam aut rarò imponunt, niſi hoſtem aliquâ ratione debellârint: vires ſuas in res parvi momenti nunquam collocant: quæ in bello ſibi expediunda ſumunt, juſto ordine & maximis apparatibus antea factis, ſuſcipiunt: prælio rarò de ſumma rei decertant, niſi commodiſſima illis affulgeat occaſio. Soranz. *cap. 42.* Et etiam non contra plures unâ vice ſuſcipiunt bellum. Vocem, monitumque Rudolphi I. Auſtriaci audiamus, cui cum plures lites cum pluribus eſſent, una atque altera gravis cum Abbate Sancti Galli, tunc potente: acceſſit ultrò & invocatus ad ejus convivium, mirante illo atque aliis (nam & inimicitiæ, ut ſolet, ex litortæ erant) ipſe conſtanter perſedit, & fine convivii cum Abbate ſeorſim locutus tranſegit, & pacem cum eo pepigit; ita fidam, ut Abbas poſtea auxilio etiam ei in bellis fuerit, quæ minuta (nam Comes adhuc erat) cum vicinis habebat. Sed vox ejus abeuntis excepta à familiaribus eſt, totidem his verbis: Quicunque tres lites habet, duas, ſi poterit, componat: hoc eſt meum Conſilium, Lipſius *centur. miſcell. Epiſt. 78.* Stumpfius *lib. 7. fol. 326. b.* Et apud Froiſſart. *volum. 1. cap. 91.* Angliæ Proceres Regi ſuo ſuadent: *Et diſoient que c'eſtoit grand ſens, quãd on avoit pluſieurs guerres en un temps, ſi on en pouvoit l'une accorder par treves, l'autre appaiſer, & la tierce guerroyer.* Offenſivum porrò gerenti bellum, duas regulas Traduccius ſuggerit, *fol. 295.* Prima, quòd nullus à tergo locus hoſtilis ſit relinquendus; Altera, ut tempus & labor in loco, qui alicujus ſit momenti, occupando, inſumatur, & in

eo honor & ſumptus, qui impenduntur, conſiderentur. Priori regulâ periculum avertitur, ne exercitus intercludatur, & ſecuritati eorum, qui commeatum comportant, conſulitur. Alterius obſervatio faciet, ut cum recentibus copiis loca munita & principaliora faciliùs occupemus, quæ minora alia ſequentur, quorum occupatio forſitan eâdem operâ & labore, quo priora fuerunt expugnata, conſtitiſſet. Defenſor debet quieſcere, donec primus ardor aggredientis tepidus reddatur. Sicque de Gallis ſcribit Froiſſart. *tom.* 1. *cap.* 288. cum Angli magnâ audaciâ ipſis arma inferrent, & loca circa Lutetiam igne vaſtarent. *Mais point n'en iſſoient, car le Roy ne le vouloit ſouffrir: ains le deffendoit. Car le Sire de Cliſſon (qui eſtoit alors le plus eſpecial de ſon conſeil, & le mieux creu de tous) y mettoit grand décry: & diſoit, Sire, vous n'avez que faire d'employer vos gens en ces forſenes. Laiſſez les aller. Ils ne vous peuuent tollir voſtre heritage, ne bouter hors par fumées.* In eoq; ipſius Alexandri Magni judicio Darius peccavit: quod maluit experiri ancipitis prœlii aleam, quàm vaſtatione propriarum ditionum, omnem victualium copiam adimere hoſti. Plutarchus *in Alexand. fol.* 173. adde Froiſſart *d. vol. cap.* 216. Offenſivum etiam bellum gerens, non ſolum principium, ſed finem reſpicere debet. Ita cum Leopoldus Auſtriæ Dux, de invadendis tribus Helvetiorum Pagis conſultaret; ferunt eum fatuum ſuum per jocum interrogâſſe, ecquidnam ipſi videretur? Qui conſultatis omnibus reſpondit, de ingreſſu in hanc terram, neminem audio de exitu deliberantem. Quæ vox magno quidem riſu exceptatum fuit, ſed prudenter eum reſpondiſſe, poſtea eventus comprobavit. Meland. *Iocoſer.* 1. *num.* 70. Plutarch. etiam ſuppeditat compluria exempla, præſtantiſſimorum Virorum, accuratéq; ſimul edocet, quomodò ſe geſſerint, in bello tam defenſivo quàm offenſivo. Quales fuerunt Furius Camillus, *in vitâ Camilli fol.* 285. Pericles, *in vitâ eius, fol.* 326. *& ſeq.* Fabius Maximus, *fol.* 336. 339. *& paſſim in ejuſdem vita.* Marcellus, *in vita fol.* 605. Marius *in vitâ, fol.* 814. Sertorius, *paſſim in eius vitâ, & præſertim fol.* 1140. *&c.* Regula etiam militaris Ageſilai fuit: contra imbelles qui pugnant, eum protrahere haud debere bellum. Plutarchus. *Ageſil. fol. m.* 45. Tandem hoc addo, Quod cuncta non gubernet & dirigat ſolùm ter Maximus Deus: ſed & eundem, benevolentiâ ac gratiâ ſuâ, æquè nunc temporis manifeſtè ac Iſraëlitas olim, perſequi multos. Ad nos non æquè omnia Providentiæ Divinæ, aſt viribus noſtris aſſcribimus pleraque, nec agnoſcimus inſtinctus Divinos.

V. Bello, ſi quædam Religionis ſpecies inſit; illud acrius geri ſolet. Et certè Turcæ nullū belli genus magis exoptant, quàm [illegible] contra Chriſtiani nominis homines geri ſolet. Indeq; Exercitū co[illegible]ribentes,

ut

ut ſubditi alacrius ad arma concurrant, ſe Chriſtianos adoriri velle rumore ſpargunt. Anonym. *An hiſt. belli Sebaſt. Portugall. Reg. cap.* 5. Similis ardor deberet eſſe noſtris, qui ſemper Civilia bella movent. Et laudem meretur Dux Albanus: qui licet in Italia, in Hiſpania, in Gallia, in Hungaria, in Germania, in Belgio, in Africa militaverit: Et tamen ſæpè in ore habere ſolebat, ſe nihil eſſe aſſecutū, propterea quòd ſuis oculis cominus nullū Turcarū Exercitū vidiſſet. Coneſtag. *lib.* 9. *fol.* 486. Ut & Robertus Scotiæ Rex, cùm ex voto expeditioné ſacrā, morte præventus obire nequiret: attamen voluit ut Cor ipſius, ad Sanctiſſimū Salvatoris noſtri ſepulchrū portaretur. Froiſſart. 1. *cap.* 21. *Ie vueil, que ſi toſt que ie ſeray treſpaſſé, que vous prenez le coeur de mon corps, & le faites bien en baumer, & prenez tant de mon threſor qu'il vous ſemblera bon, pour pourfournir tout le voyage, pour vous & pour tous ceux que vous voudrez mener avecques vous; pour le preſenter au Sainct Sepulchre Noſtre Seigneur, (là ou Noſtre-Seigneur fut enſevely) puis que le corps n'y peut aller: & le faites ſi grandement, & vous pourvoyez ſi ſuffiſamment de telle Compaignie, & toutes autres choſes, qu'à voſtre Eſtat appartient, & que par tout, ou vous viendrez, L'on ſache que vous emportez le coeur du Roy Robert d'Eſcoce: le quel vous porte outre mer par ſon commandement, puis qu'ainſi eſt que le corps n'y peut aller.* Armis & amori commune eſt, ut innumeri dolores, excipiant gaudium breve. Froiſſart 1. *cap.* 164. Vandermil. *in Hiſtor. Sabaud. in Amad.* 6. Infinita ſunt belli mala, quæ Ego partim ſupra *cap.* 1. enarravi: & optimè deducuntur apud Bellaium *hiſtor. lib.* 5. *fol. m.* 508. Sed nulla belli ſpecies eſt crudelior Civili: nullius belli infirmior vel difficilior pax exiſtit, quàm Civilis: nullum facilius reſuſcitatur. Et factiones diverſæ Reipublicæ unius, neceſſe habent tertio aliquo Potentiori, qui ferè utramq; abſorbet. Neutra pars aliquid lucratur in bello Civili. *Vn Prince ne gaigne rien de faire la guerre à ſes ſubjets, & les ruinant, il ne ſe ruine avec eux.* Girard. *lib.* 17. *fol.* 400. Et debet quidē Princeps punire rebelles, ſed ope ſummâ niti, ne rebellioni præbeat cauſam, oneribus, & malâ gubernatione ſuorū ſubditorum. Undè rectiſſimè olim ad Flandriæ Comitem, Philippus Valeſius, Rex Gallorū, dixiſſe fertur: *qu'il eſt bien raiſonable & neceſſaire à un Prince, du punir ſes rebelles; mais devant que venir là, il ſe doit garder de donner occaſion à ſes ſubjects de ſe rebeller: car le plus ſouvent les rebellions des ſubjects paiſſent de mauvais denórtemens des Princes.* Girard. *lib.* 14. *fol.* 125. Quid Belgio & Galliæ nocuerint bella inteſtina, Patrum, Avorumq; noſtrorum memoriâ geſta, notius eſt, quàm ut debeat commemoratione repeti. Ac jam olim etiam ſub Carolo VI. ferè interiiſſet Franco-Galliæ Regnum. *Les guerres inteſtines avoient fait mourir la moitié des hommes de France, &*

plus de vingt cinqmille meſnages, forcez par la calamité, du temps, avoient abandonné la Normandie, & s'eſtoient retirez en Bretaignie, là où ils avoient eſté bien receuz és villes voiſines de la Normandie pour y exercer le meſtier de drapperie. Girard. *lib.* 20. *fol.* 692. Graphicè deſcribit miſeriam bellorum Civilium, à Sylla & Mario motorum, Plutarchus *in Sylla fol. m.* 933. *&c.* ut & ab Othone Vitellio ac Galba, *in Othone ad fin. ac in vita Pompei fol.* 119. miſeriam Reipublicæ Romanæ deplorat, quæ à ſemetipſa deſtructa fuit, ferè iiſdem verbis, quibus Lucanus, *lib.* 1.

Quis furor ô Cives? quæ tanta licentia ferri,
Gentibus inviſis Latium præbere cruorem?
Cumq; ſuperba foret Babylon ſpolianda trophæis
Auſoniis, umbrâq; erraret Craſſus inultâ,
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos?
Heu quantum potuit terræ pelagiq; parari
Hoc, quem Civiles hauſerunt, ſanguine, dextræ.

Et idem *lib.* 2.

O miſeræ ſortis, quod non in Punica nati
Tempora Cannarum fuimus Trebiaque, Iuventus.
Non pacem petimus Superi: date gentibus iras:
Nunc urbes excito feras, conjuret in arma
Mundus: Achæmenijs decurrant Medica Suſis
Agmina: Maſſagetas Scythicus non alliget Iſter:
Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albus, & indomitum Rheni caput: omnibus hoſtes
Reddite nos Populis, civile avertite bellum.

Prudentiſſimè itaque Pompejus egit, qui Sertorio devicto, non voluit legere literas ullas, à Civibus ad Sertorium perſcriptas, ſed ſimul omnes combuſſit: ut unâ extingueret occaſiones motuum Civilium diſſidiorum. Plutarch. *Sertor. ad fin.* Quemadmodum etiam M. Antonius Imperator, poſt Civile bellum, à Caſſio quodam motum, nationes omnes quæ rebellionem fecerant, tractavit perhumaniter; neque quenquam ex obſcuris hominibus, aut ex illuſtribus interfecit. Et etiam poſt Fauſtinæ mortem, ne ob ea, de quibus cum Caſſio convenerat, argueretur; Marcus literas ante, quàm eas legeret, conſcidit, ne cogeretur quenquam, invitus odiſſe. Ferunt etiam nonnulli Verum, Marci Collegam, antea præmiſſum in Syriam, quam obtinuerat, literas in ſupellectili Caſſii inventas aboleviſſe, quòd eas nihil ad Marcum pertinere diceret. Quod ſi fortè ob eam cauſam Marcus ſuccenſeret, longè fore melius ſe unum pro multis interire. Xiphilinus. Et fuit optimum Conſilium Catonis in bello Civili, neminem niſi in pugnæ ardore interficiendum eſſe.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [118] - 116

esse. Plutarch. *in Caton. Vtic. fol. m.* 380. Sed bellum Civile optimè sedat, metus externi. Quò alludit Martialis. 4. *Epigram.* 74.

Adspicis, imbelles tentent quàm fortia damæ
Prælia? tam timidis quanta sit ira feris?
In mortem parvus concurrere frontibus audent.
Vis, Cæsar, damis parcere, mitte Canes.

CAPUT VII.

De Bellica Disciplina.

ACtiones bellicæ sunt: Disciplina Militaris & calamitates hosti illatæ, vel declinatæ: Disciplina militaris, est severa conformatio militis, ad robur & virtutem, à Duce Belli instituta. *l.* 12. *ff. de re milit.* Hancque (post Val. Max. 2. *cap.* 7. *à princip.*) Boterus 9. *cap.* 10. præcipuum vocat decus, & stabilimentum Imperii, vinculumque tenacissimum; ex cujus sinu, omnes triumphi manârint: in cujus sinu atque tutela, serenus tranquillusque beatæ Pacis status acquiescat. Hæq; Romanis olim, antiquior fuit liberorum charitate. *l.* 19. §. *filius ff. de captiv.* vide Regemorterum *sermon. polit. fol.* 127. Camerar. 3. *meditat. cap.* 27. *& seq.* Richter *axiom. histor.* 268. R. P. Adam Conzen. *lib.* 10. *cap.* 24. Leon Imperat. *de bellic. adparat. in præfat.* Quamvis militarem disciplinam, ne veteribus quidem severè semper habitam, aut custoditam fuisse, Piccartus probet, *decad.* 3. *cap.* 3. vitanda namque est nimia acerbitas in Militibus puniendis. Stevvichius *ad Veget. lib.* 3. *cap.* 10. *fol. m.* 188. Sed sanè utcunque exercitus sit magnus, deficiente militari disciplinâ, vinci aut dissolvi eum, necesse est. De Hispanis fertur, nullam hodie gentem esse, nullum populum in Universo orbe terrarum, quæ æque floreat disciplinæ militaris laude. Cl. Dn. D. Lansius *in consultorat. pro Hispan. fol.* 218. Et hoc Imperii eorum magnitudinem procuravit. Pulcherrimum visu est, inter eos militem novitium, statim atque in numerum est relatus, erudiri à Veteranis; alicubi peccantem humaniter corripi, & illum monitiones grato animo admittere, nec malè interpretari. Laudatissimum est, inter eos, tale vigere obsequium, ut nemo, vel maximus, legitimum etiam minimi detrectet Imperium; talem modestiam, gloriæ tamen amore egregiè excitatam, ut veluti in Schola sermo tantum sit de officio Militum & Ducum, de obsequio, honore, virtute, & quicquid armorum decus concernit; insolentiâ, petulantiâ, atque jurgiis longè pulsis. Admirabile denique est, inter eos eam regnare charitatem, ut se tanquam fratres mutuò diligant; lacerum Commilitonem,

ne ordini & nationi toti sit dedecori; vel jejunio pecuniam ad id comparsuri, vestiant, vulneratum aut aliàs ægrotum, pro virili benignissimè juvent. La Noüe *discours. 16.* Quod autem Columella alicubi ait: Nihil agendo, homines malè agere discunt; hoc de Militibus cumprimis dici potest: hominum genere ante Sacramentum, aut moribus corrupto, aut certè minimè deside; ideóque vel ex consuetudine, vel ex insolentiâ peccaturo. Certè nihil crebriùs obviam in historiis, quàm rebus prolatis desciviſſe à disciplina armatos. Cl Dn. Gruterus *in comm. ad loc. Taciti. part. 2. fol.* 178. Disciplinam militarem præteritis annis, bella Civilia corruperunt, ubi ea planè servare nequit. Helvetiorum victorias præclaras peperit eorum disciplina Militaris. Quâ de re ita Stumpfius scribit, *lib. ult. cap. 8.* Da man zahlt 1393. Jahr nach der Menschwerdung vnsers erlösers/ als die Aidgenossen gemeinlich bißher ein zeit schwere Krieg erduldet hatten/ haben sich nach befridung derselbigen/ die acht orth Zürch/ Bern/ Lucern/ Vri Schweitz/ Vnderwalden/ Zug vnd Glaris/ &c. sampt der Statt Solothorn/ weiter zusammen vereinigt vnd verbunden/ vnd haben sich zumahl vergleicht in einer gemeinen Kriegs Ordinants vnnd Ordnung/ wie sich hinfüro ein jeder Aidgenoß/ in Kriegen/ Stürmen vnnd Streiten solle halten. Solche Ordinantz bestehet Summariter in folgenden Puncten: Zum Ersten/ ein jeder Aidgenoß soll sich gegen dem andern in Kriegen Brüderlich vnd freundlich halten/ keinen alten Haß vben/ einander in nöhten trewlich zu hilff kommen/ tröstlich beystehn/ auch Leib vnd Gut für einander darstrecken. 2. Wer den Aidgnossen feilen kauff vnd Proviant zuführt/ welcherley Wahr doch das ist/ deß Leib vnd Gut soll bey allen Aidgnossen zu Feld vnd auch in ihrem Land sicher sein. 3. Kein Aidgnoß soll für den andern Pfand sein oder werden. 4. Kein Aidgnoß soll von dem andern im Feld abweichen/ weder in Schlachten/ Stürmen/ noch andern nöhten. 5. Welcher Aidgnoß in nöhten also verwundet würd/ das er zum gefächt vntüchtig ist/ der soll dennoch nicht abweichen/ biß alle noht vberwunden ist. 6. Kein Aidgnoß soll weder in Stätten/ Schlössern/ noch Feldschlachten vnderstehn zu plündern/ zuvor vnnd ehe die noht erobert ist/ vnd es die Hauptleut erlauben: als dann soll dennoch das geraubet vnd erobert Gut an gemeine Pent gelegt/ vnnd vberantwortet werden. 7. Kein Aidgenoß soll einiche Kirchen/ Clöster/ Clausen/ oder Capellen heimlich noch offentlich beschedigen oder angreiffen/ es würden dann die Feind darin betretten/ die mag man wol angreiffen/ aber die Kirchen darüber nicht beschedigen. 8. Es soll kein Aidgnoß Frawen oder Jungfrawen/ mit Waffen letzen/ schmähen/ oder mißhandlen/ sie stellen sich dann zur wehr/ mit schlahen/ werffen/ verhindern/ Practicieren/ Verrahten/ Wortzeichen geben/ oder mit vnordentlichem geschrey/ &c. denn

mögen sie nach gestalt der Sach gestrafft werden. 9. Kein Statt oder Orth der Aidgenoschafft soll einichen Krieg anfahen/ es sey dann zuvor bey geschwornen Aiden/ vermög der Puntsbrieffen/ darumb erkennt. 10. Welcher oberzehlter Articuln einen oder mehr vbertrittet/ vnd das mit zweyen vnverworffnen Zeugen beybracht würde/ der soll seiner Oberkeit Leib vnd Gut auff ihr Gnad verfallen haben. Laudatur inprimis disciplina Militaris, æquitate temperatâ; qualis Anno Christi 1537. Montmorancii fuit, & de qua ita scribit Langeius, *lib. 7. fol. m. 733. Vsant parmy ses soldats d'une severité de discipline militaire attrempé d'equité, selon les occassons. Il obtint en bien peu de temps, que non obstant que son armeé consistat de nations non seulement diverses quant aux pays, mais auβi en opinions, & sectes contraires, l'ordre & police furent tels entr'eux, que son camp à ceux, qui arrivoient monstroit plus face & apparence d'une Cité policée, que d'un Camp ainsy freschement, & de si diverses nations assemblée.* Pertinent hûc variæ rationes militum seditiones compescendi; quæ variæ sunt, & inter stratagemata referri queunt. Paulus Æmilius, teste Plutarcho *in ipsius vitâ fol. m. 461.* præstabilius esse reputavit, bonâ disciplinâ militem coërcere, quàm vincere hostem: hoc enim accessorium & casuale, illud Principale: in eaque consistere reputavit; ut miles non syndicet Ducis acta, sed ut tantum paratus sit ad imperata exequendum. *fol.* 471. Antiquitùs Milites Romani tale jusjurandum præstabant; Agellio 16. *cap.* 4. teste. In exercitu decemque millia passuum propè furtum non facies dolo malo solus, neque cum pluribus: pluris nummi argentei in dies singulos extraque hastam, hastile, ligna, napum, pabulum, utrem, follem, faculam, si quid ibi inveneris, sustulerisve, quod tuum non erit, quod pluris nummi argentei erit, uti tu ad Consulem, sive, quem ad jus erit, proferes, aut profitebere, in triduo proximo quicquid inveneris, sustulerisve, sine dolo malo, aut Domino suo cujum id censebis esse, reddes, uti quod rectum factum esse voles. De Alexandro Imperatore ita Lampridius *fol. m. 220.* Severitatis tantę fuit in Milites, ut sæpè legiones integras exauctoraverit ex militibus, Quirites appellans; nec exercitum unquam timuerit, idcircò quod in vitam suam dici nihil posset, quod unquam Tribuni vel Duces de stipendiis Militum quidquam accepissent; dicens, *Miles non timet nisi vestitus, armatus, calciatus & satur, & habens aliquid in zonula.* idcircò quod mendicitas militaris ad omnem desperationem vocaret armatum, & quæ alia ibi habentur. Idem ille, si quis de via in alicujus possessionem deflexisset, pro qualitate loci, aut fustibus subjiciebatur in conspectu ejus, aut virgis, aut condemnationi: aut si hæc omnia transiret dignitas hominis, gravissimis contumeliis; quùm diceret; *Visnè hoc in agro*

tuo

tuo fieri, quod alteri facis? Clamabatque sæpius, quod à quibusdam sive Judæis sive Christianis audierat, & tenebat: idq; per Præconem, quùm aliquem emendaret, dici jubebat; *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Quam sententiam usque adeò dilexit, ut & in palatio, & in publicis operibus præscribi juberet. Sic & Avidius Cassius, sub Antonino Philosopho, teste Vulcatio Gallic. *in Cassij vita.* Cùm ingens seditio in exercitu exorta esset, processit nudus, campestri solo tectus, & ait: *Percutite*, inquit, *me, si audetis; & corruptæ disciplinæ facinus edite.* Tunc conquiescentibus cunctis meruit timeri, quia non timuit. Quæ res tantum disciplinæ Romanis addidit, tantum terroris barbaris incussit, ut pacem annorum centum ab Antonino absente peterent: siquidem viderant damnatos Romani Ducis judicio etiam eos, qui contra fas vicerant. Idem & Virgis cæsos in foro & in mediis Castris, securi percussit, qui ita meruerunt, & manus multis amputavit. Et præter laridum ac buccellatum atque acetum, Militem in expeditione quidquam portare prohibuit: & si aliud quippiã reperit, luxuriem non levi supplicio affecit. Extat de hoc Epistola Divi Marci ad Præfectum suum talis: Avidio Cassio legiones Syriacas dedi, diffluentes luxuria, & Daphnicis moribus agentes: quas totas excaldantes se reperisse Cœsonius Vectilianus scripsit. Et puto me non errâsse; siquidem & tu notum habeas Cassium, hominem Cassianæ severitatis & disciplinæ. Neque enim Milites regi possunt, nisi in vetere disciplinâ. Scis enim versum à bono Poëta dictum & omnibus frequentatum:

Moribus antiquis res stat Romana virisque.

Præfecti ad Marcum: Rectè consuluisti, Mi Domine, quod Cassium præfecisti Syriacis legionibus. Nihil enim tàm expedit, quàm homo severior Græcanicis Militibus. Ille sanè omnes excaldationes, omnes flores de capite, collo & sinu, militi excutiet. Annona Militaris omnis parata est, nec quidquam deest sub bono Duce: non enim multum aut quæritur, aut impeditur. Nec fefellit Cassius de se judicium habitum. Nam statim & ad signa edici jussit, & programma in parietibus fixit, ut si quis cinctus inveniretur apud Daphnen, discinctus rediret. Arma militum septima die semper respexit, vestimenta etiam & calciamenta, & ocreas: delicias omnes de Castris submovit; jussitque eos hyemem sub pellibus agere, nisi corrigerent suos mores: & egissent, nisi honestiùs vixissent. Exercitium septimi diei fuit omnium Militum, ita ut sagittas mitterent, & armis luderent. Dicebat enim, miserum esse, quùm exercerentur Athletæ, Venatores & gladiatores, non exerceri Milites, quibus minor esset futurus labor, si consuetus esset. Lacedæmoniorum disciplina Militaris adeò exacta fuit: ut mallent ab hostibus occidi, quàm

quàm non dato ſigno, ſemet defendere contra eosdem. Plutarch. *Ariſtid. fol. 641.*

II. Partes diſciplinæ militaris duæ ſunt, exercitium & coërcitio. Exercitium militare eſt, quò adhuc magis, quàm in Pace, milites aſſiduè inſtruuntur, & exercentur ad uſum armorum, atque ad opus. Althuſius *cap. 36. à princip.* Caſman. *vit. polit. cap. 49.* Regemorterus *ſermon. polit. fol. 148.* De Philippo Macedonum Rege, ita ſcribit Polyænus, *lib. 4. fol. m. 72.* Philippus exercebat Macedones, perindè, ac ſi periculum immineret: ita, ut aſſumptis armis trecenta ſæpè ſtadia conficerent; ferentes unà galeas, ſcuta, tibialia, ſariſſas, & cum his armis etiam commeatum, atque omnia vaſa, quæ ad quotidianum victum requirebantur. At ut tempore neceſſitatis, etiam milites fodiant, & munus obeant foſſorum; tale conſilium ſuggerit Monluc. 2. *des comment. fol. 113. b.* cum ita ad Nemurſi Principem ait: *Monſieur il faut, que vous autres Princes & Seigneurs mettiez la main en ceſt affaire, que vous monſtriez le chemin aux Soldats, à fin que s'ils vouloient reculer à ce grand travail, qu'il faut prendre pour le faict dont eſt queſtion, nous puiſſons leur reprocher que les Princes & Seigneurs, y ont mis la main pluſtoſt qu'eux.* Sed exercitatio debet inſtitui ritè; non ut factum in Portugallia fuit tempore Sebaſtiani. Tunc enim Rex Cives Olyſipponenſes ſolito ſæpius in vicinos campos educi curavit, ut acie inſtruendâ, pugnis ludicris, aliiſque belli imaginibus, ſeſe exercerent: quibus rebus ipſe plerunque non ſine periculo inter conferta ſclopeta intererat; quanquam nullus Dux, aut paulo peritior Miles adeſſet, qui modum & ordinem iſta adminiſtrandi præſcriberet, excepto quodam Johanne Gama, qui veſte Eremitæ indutus, magnam rei bellicæ ſcientiam præ ſe ferebat. Itaque quamvis miſeri Cives valdè in his exercitiis deſudarent; tamen quia inviti & coacti iſta omnia faciebant, & inſuper Duce, ac Magiſtro deſtituebantur, factum fuit, ut indies deficerent potiùs, quàm proficerent. Coneſtag. *lib. 1. fol.* 44. Rectiùs Maximinus fecit: ad quem ita Alexander Imperator: Veteros milites tibi Maximine, mi cariſſime atque amantiſſime, idcircò non credidi, quod veritus ſum, ne vitia eorum ſub aliis inſoleſcentia emendare non poſſes. Habes Tyrones ad tuos mores, ad tuam virtutem, ad tuum laborem: eos fac militiam addiſcere; ut mihi multos Maximinos, Reipublicæ optabiles ſolus efficias. Acceptâ igitur legione, ſtatim eam exercere cœpit. Quinta quaque die jubebat milites decurrere, ſimulacra bellorum agere: gladios, loricas, galeas, ſcuta, tunicas, & omnia arma eorum quotidie circumſpicere; calciamenta quin etiam ipſa proſpiciebat: prorſus ut ſe parem militibus præberet. Sed quum eum quidam Tribuni reprehenderent, dicentes, Quid tantum laboras, quū eius

loci iam sis, ut Ducatum possis accipere? dixisse fertur: Egò vero quo maior fuero, tanto plus laborabo. Exercebat cum militibus ipse luctam, quinos, senos & septenos iam grandæ vos ad terram prosternens Capitolin. *in Maximinis.* Romani etiam gladiatorios ludos habebant, exercitii loco, ut minus à sanguine abhorrerét. Indè Capitolinus *in Maxim. & Balbino.* Undè autem mos tractus sit, ut proficiscentes ad bellum Imperatores, munus gladiatorium, & Venatus darent, breviter dicendum est. Multi dicunt, apud veteres hanc devotionem contra hostes factam, ut Civium sanguine litato specie pugnarum, se Nemesis, id est, vis quædam fortunæ, satiaret. Alii hoc literis tradunt, ituros ad bellum Romanos debuisse pugnas videre, & vulnera, & ferrum, & nudas inter se cohortes; ne dimicantes in bello armatos hostes timerent, aut vulnera & sanguinem perhorrescerent. vid. quæ dixi *lib. 2. polit. cap. 1. num. 30.* Quomodo Philopæmen exercuerit milites suos, tradit Plutarch. *in vita eiusd. fol. 708 & seq.* Romæ Campus Martius erat, ubi ad militiam cives exercebantur; ibique etiam iam senex, inter iuvenes se C. Marius exercebat. Plutarchus *in vitâ Marij fol. 835.*

III. Coërcitio, milites in officio honestè tenet: quæ in militia eò diligentiùs observanda, quantò insolentiores esse solent milites. Eaque conservat continentiam in cibo & Venere, modestiam in verbis, factis & vestibus: à quibus virtutibus Busbequius, & Petrus Bellonus, maximè commendant Turcicos milites; quarúmque carentia, victoriam Christianis adversus illos rariorem efficit & difficiliorem. Comprehensa autem est militaris disciplina, pulchrâ Aureliani ad Tribunum Epistola, apud Vopiscum, *fol. m. 273.* Si vis Tribunus esse, immò si vis vivere, manus militum contine. Nemo pullum alienum rapiat; ovem nemo contingat. Uvam nullus auferat; segetem nemo deterat: oleum, sal, lignum, nemo exigat: annona sua contentus sit: de præda hostis, non de lacrymis Provincialium, habeat. Arma tersa sint: ferramenta samiata, calciamentia fortia. Vestis nova, vestem veterem excludat. Stipendium in balteo, non in popinâ habeat. Torquem brachialem & annulum apponat: equum saginarium suum defricet, captum animal non vendat; mulum centuriatum comiter curet. Alter alteri quasi servus obsequatur: à Medicis gratis curentur, aruspicibus nihil dent: in hospitiis castè se agant, qui litem fecerit, vapulet. At de disciplina militari, Tamerlanis, ita scribit Petrus Perondinus, *in vita ejusdem cap. 20.* Ut se acrem ac severum Ducem ostenderet, exercitum severissimè tractabat, ac veluti is, qui militaris disciplinæ peritissimus omnium Scythiæ procerum evaserat, ne ulla unquam in Exercitu seditio oriretur, furtisve aut latrociniis nullus in annona, aliisque in rebus venalibus, victumque suppeditan-

ditantibus, pateret aditus; modestiæ terminis clausum arcebat, & nulla unquam injuria lacessiti comportantes hæc, atque exercitui impertientes à castris discedere cogerentur, festinarétque in summa inopia exercitus, noxios atrociter puniens, latrocinia iras, militúmque dissensiones, & illecebras cunctorum voluptates, & libidines comprimebat, ex quo factum est, ut tanquam ad nundinas vel celebre emporium aliquod perrecturi tuditantes, & propolæ in castra properârint, sicut in ipsis undique expositum rerum venalium forum spectaretur, tum magna ciborum, calceorum, & vestium copia, præterea ut in Civitatibus, septis mœnibus artes, rerúmque omnium tabernæ sub manu prospiciuntur, sic in Tartarorum castris, artibus omnifariam distributis miro ordine, certus statutúsque locus erat assignatus; ac mandata sibi munia exequi, exercitiique vacare quisque, ad quæ destinatus fuerat, visebatur; sic ut nihil non commeatu, rebúsque cæteris abundaret exercitus, quæ ad homines aut equos sustentandos desiderantur, tutóque comportarentur in castra. Quomodo hac in parte sese gesserit Augustus, tradit Suetonius *in ejus vitâ cap. 24.* In re militari ait) & commutavit multa, & instituit; atque etiam ad antiquum morem nonnulla revocavit, disciplinam severissimè rexit, ne Legatorum quidem cuiquam, nisi gravatè, hibernísque demum mensibus, permisit uxorem invisere. Equitem Romanum, quòd duobus filiis adolescentibus, causâ detrectandi sacramenti pollices amputâsset, ipsum, bonáque subiecit hastæ: quem tamen, quòd imminere emptioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. Decimam legionem contumaciùs parentem, cum ignominia totam dimisit: item alias immodestè missionem postulantes, citra commoda emeritorum præmiorum exauctoravit: cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. Centuriones, statione desertâ itidem, ut manipulares, capitali animadversione puniit: pro cætero delictorum genere variis ignominiis affecit: ut stare per totum diem iuberet ante prætorium: interdum tunicatos, discinctósque, nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes. At an nostro seculo exspectandus sit exercitus benè disciplinatus? disputat Amirato 11 *cap.* 4. Ac de disciplinâ militari Protestantium in Gallicanis bellis, vide Thuanum *lib. 29. fol. 607.*

IV. Inprimis à castris luxuriosos conviviorum apparatus, & instrumenta libidinum arcebit Dux belli legésque de disciplinâ militari promulgabit & observábit. Tholos. *lib. 11. de Rep. cap. 9.* adde Regemorterum *fol. 16.* Una Annibalem hyberna solverunt, & indomitum illum nivibus atque alpibus, enervârunt Campaniæ fomenta. Tileman. *de evers. Rerumpubl. B. fin.* Mulieres olim non erant in castris Germanorũ,

ut nec in Romanorum. Lipsius *de Militia Roman. m. fol.* 344. Et ridiculum est in exercitu, ut cum priora terribilia sint omnia; Equi, hastæ, arcus, scuta: posteriora, si desinant in Meretrices. Facius *axiom. bell.* 91. Et novum stratagema fuit, quod Isabella Castiliana, contra Mauros suscipiens expeditionem, Gynæcejum secum duxit; ut amicarum suarum intuitu, aulici essent fortiores. Thesor. polit *part.* 1. *fol.* 81. Avaritia etiam, & pecuniæ studium, Militibus quantum fieri potest, eximi debet. Regemorterus, *sermon. polit. fol.* 183. Sed disciplina militaris conservari nequit, si non stipendia solvantur. Bodinus *de Republ. num.* 670. Generalis lex hæc erat Israëlitarum. Deuter. 23. *vers.* 14. Sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat fæditatis. Ratio additur: Dominus enim tuus ambulat in medio castrorum, & eruatte, & tradat tibi inimicos tuos. Igitur castra debent esse munda à pollutione, & semine, & stercore, & leprâ, & immunditiâ legati ex mortuo contracta. Quæritur autem, an ista lex semper obligaverit Iudæos: Et Abulensis putat, tunc solùm obligasse, quando Judæi erant in deserto: non autem posteà, quando habitabant in terra promissionis. Nihilominus Esseni, dicuntur etiam in Judæa observasse eandem legem, ut refert Joseph. *lib.* 2. *de bello Iudaico cap.* 7. Becan. *in analog. veter. & novi Testam. cap.* 17. *quæst. ult.*

V. Pœnæ Severitas efficacissima est, ad militiam firmandam, Amirato 13. *cap.* 3. Conzen. *lib.* 10. *polit. cap.* 58. ita ut à Militibus Imperator potiùs, quàm hostis metuatur. Pœnæ autem delinquentium Militum; vel communes sunt, vel propriæ, *l.* 2. *ff. de re militari* Dn. Bocer. *de Bello cap.* 14. Communes sunt, quæ ex communi delicto, quod in paganos simul & milites cadit, infliguntur. Propriæ quæ ex militari delicto imponi solent! De Aureliano Imperatore, sequentia scribit Vopiscus: Militibus ita timori fuit, ut sub eo; posteaquam semel cum ingenti severitate Castrensia peccata correxit, nemo peccaverit. Quin & in jure nostro, qui miles rem à Duce prohibitam facit, aut mandatum non servat, capite punitur: etiamsi res benè gesserit. *l.* 3. §. 15. *de re militar.* Cæsar, in milites indulgentior aliàs, militaria tamen delicta acerrimè vindicavit: & Pompejo adhuc in armis existente, totam Legionem exauctoravit. Sueton. *cap.* 69. ubi Causabon. Sed tamen ut jam monui supra, *hoc cap. eod.* Cæsaris disciplina nõ ad normam benè constituta Reipublicæ, sed ad ejusdem eversionem comparata erat. Sueton. *in vitâ. cap.* 65. *&c. usq. ad cap.* 71. An autem, ob pusillanimitatem milites puniendi? disputat Montaigne *lib.* 1. *des essais. cap.* 15. quod certè M. Crassus fecit. Plutarch. *in Crasso fol.* 1087. Ita in Hungaria olim capitis supplicium subierunt ij belli Duces qui Iaurinum & Canisiam, Turcæ dediderunt. Atqui Strigonio cesserũt, eo etiam nomine capitaliter accusati, partim etiam

iam condemnati fuerunt. Militum plurium pœna ita temperabatur, ut decimus quisque tantùm occideretur: quod decimare, & inde decimatio dicebatur. In decurias nempè milites secernebantur, & sorte legebatur, qui supplicio afficiendus esset. Plutarch. *Antonio. fol.m. 687. & in Marco Crasso fol. 1086. & seq.* Opilius Macrinus, centesimum legit: indeque centesimare, verbum proprium ejusdem reputabatur. Capitolinus *in ejus vita.* Fuit etiam certa militaris pœna: juncta cum nõ levi infamiæ notâ, ut in Camisia, omninò distincti, præsentibus Commilitonibus, fossam excavare tenerentur. Plutarch. *Lucullo fol.m. 994.* Erat & pœna militum sanguinis missio; qua de re, Agellius *10. cap. 8.* Muretus *variar. lib. 13. cap. ult.*

VI. Belli disciplina conservari, & etiam bellum ipsum feliciter, cum nequeat geri, si non stipendia solvantur: ideo bellici Commissarii, viri probæ notæ, & avaritiæ osores, sunt cõstituendi. Neglexit hoc Sebastianus Portugalliæ Rex, in expeditione Africanâ. Etenim ejus copiarum major pars parcè & malignè stipendia accipiebat, inopiaque & alijs multis malis laborabat; Iam enim commeatus deficere incipiebat, qui tàm parcè illis distribuebatur, ut multi fame extincti sint. Cujus rei causa omnis penes Præfectos annonæ fuit, qui plerunque malis suis artibus Principes & Duces belli in extremas calamitates conjiciunt. *hist. bell. Afric.* Sebast. Portugal. Regis *cap. 9.* In eo item peccavit, Anno Christi *1522.* Franciscus I. Galliæ Rex, & indè Italiæ Imperium amisit. Ejusq; infortunii causam, ad Regios Officiales Lautrecius rejiciebat. *Le Seigneur de Lautrec se voulant justifier, trouva moyen de aborder le Roy, se pleignit du mauvais visage, que samaiesté luy portoit. Le Roy luy feit response, qu'il en avoit grande occasion pour luy avoir perdu un tel heritage, que la duché de Milan, Le Seigneur de Lautrec luy feit response, que c'estoit sa Majesté, qui l'avoit perdu non luy & que par plusieurs fois il l'avoit adverti, que s'il n'estoit se couru d'argent, il cognoissoit qu'il n'y avoit plus d'ordre d'arrester la gendarmerie, la quelle l'avoit servi 18. mois sans toucher deniers. Sa Majesté luy repliqua qu'il avoit envoyé 4. cent mille escus, alors qu'il les demanda. Le Seigneur de Lautrec luy fit response, n'avoir jamais eu la dite somme &c. Sur ce propos le Sieur de Semblẽcay Superintendant des finances de France fut mandè lequel advoua en avoir eu le commendement du Roy, mais que estant la dite somme preste à envoyer, madame la Regẽte, mere de sa Majesté auroit prins la dite sommes &c.* Martin du Bellay *lib. 2. fol. 129. §. le sieur de Lautrec. de retour en Francs &c. usq; ad f. §.* Et nihil frequẽtius est, quàm ut pauci quidã subtrahendo stipendia militibus, ditiores reddantur: & interim Principis laudabiles conatus impediantur: idque sæpissimè in Gallia fuisse factum, testatur Girard. *lib. 15.*

fol. 201. Vt & Hungaræ, contra Turcam susceptæ expeditiones, infeliciores extiterunt, quòd gravia incommoda in itineribus, & multum detrimenti in solutione stipendiorum patiebantur, quorum loco & arma & aliæ merces eis dabantur, undè maximum lucrum ad Duces redibat, qui ob id singulis annis novam Militiam instruebant. Vt & in Hungaria semel tantum exercitus lustrabatur, è quo primo statim mense, quarta ferè militum pars fugâ dilapsa fuit, vel morbis periit, quorum stipendia Duces sibi reservârunt, cum Provinciarum maximo damno, quod exiguo cum fructu bellum geri possit propter militum paucitatem. Traduccius *fol.* 312.

CAP. VIII.

De Prædatione, Obsidione, Pugna &c.

ALtera Belli actio, quam diximus calamitatem esse bellicam; vel fit prædatione, captivitate, obsidione, prælio, vastatione, vel similibus. Tholosan. 11. *cap.* 10. Quibus in rebus cunctis, Ius quoddam belli singulare, (ut etiam supra à me dictum fuit) observari debet. Contzen *lib.* 10. *cap.* 11. & 13. Et his ex parte nostrâ, defensio, Castrorumque munitio, est jungenda. Amirato 19. *cap.* 9. Conzen *lib.* 10. *cap.* 32. & *seqq.*

II. Sed & priùs aliquid dicit debet, quomodo iter sit faciendum ei, qui Exercitum ducit. Diligenter hoc à Turcis observatur; ne iter faciendo suos equos ad citatiorem gressum, nisi coacti impellant, (cum verò necesse est, præsertim in bello, neque equis, neque sibimet parcunt) nec eos interdiu pascunt, nisi fortè æstate ad Solis æstum fugiendum, manè & vespere iter faciant Sed equis insidentes edunt, quæ circumferunt, equosque, ubicunque aquam inveniunt, potare sinunt. Eam ob causam fontes, secundum regias vias derivandos, magnâ diligentiâ curant. Quoniam verò nusquam hærent sumendi cibi gratiâ, & per integrum diem pedetentim equitant, pridiè emere solent in sequétem diem necessaria, sed vilis precij: nam delicatuli non sunt; sed cepis, pane, uvisque passis, aliisve reficcatis fructibus, famem pellere solent: vulgare apud ipsos est, satrapis, & tenuioris fortunæ hominibus, crudis cepis vesci; imò Satrapæ huic cibo adeò sunt assueti, ut quotidiè mensis inferantur; hinc profectò sani vivunt. Bellonus, *observ. lib.* 3 *cap.* 32. Hoc Turcæ faciunt tempore pacis, & ideò, cum bellum est gerendum, non tàm magno incommodo Principum & subditorum, ut apud nos hodiè fit, exercitus transportantur. Es gibt bey jhnen nicht so schädliche durchzüg. Germani etiam nostri, semper armis induti, etiam in Pace olim equita-

quitabant;& de Sigismundo Imperatore, hoc testatur Paradinus, *lib. 2. del, histoir. de Lyon. c. 92.* Sed in bello non minor ars est, hosti iter impedire, quàm cum Exercitu proficisci. Ita Barnabo, Vice Comes Mediolani, in bello contra Amadeum VI. Sabaudiæ Ducem, auxiliis Pontificis Maximi viam intercluſit. Varias enim eò loci Barnabo duxerat fossas, additis cataractis, quæ clausæ aquam sisterent; funibus autem subductæ, vectibusque levatæ, tantam derepente aquarum totum eum tractum inundantium effunderent vim, ut transiri nullo modo fossæ possent. Vanderburch. *in Amad. 6. fol. 95.* Impeditius redditur iter, vel adpulsus ad aliquem locum, muricibus passim sparsis, (Galli *chausse trappes* vocant.) Aut si sit flumen hosti transeundum, aggeribus ripæ muniri solent; ad eosque vel præsidiarij milites collocātur, vel ad signum datum, vicini accolæ convocātur. Si item hostis in propinquo militem colligat, ac præsertim si bellum Civile metuatur; omnes, qui transeunt, sunt excutiendi, cunctique, quasi ad eum se recipere velint, suspecti, remorandi. Arbores item succiduntur (man verhawet die wäld) ne Equites pervadere queant. Et venditatur pro regulâ militari, quòd hostis non sit expectandus, usque dum transierit aliquod flumen: *Car de s' asseurer de les surprendre premier qu'ils se soient recogneus, & mis en estat de deffense: cela est si hazardeux, que le plus souvent on leur met la victoire en main.* Sed tamen & exemplis antiquis ac recentibus probari potest, in bello transitum fluminum, & aditum in Insulas vetari non posse: nam ad defendendum tàm amplum circuitum, immensus hominum numerus necessariò requiritur. Milite verò semel exposito, victoria certa esse videtur. Hocque cùm negligerent Galli in defensione Insulæ Terceræ, quam pro Antonio Portugalliæ Rege notho, obtinebant; devicti & internecione deleti fuerunt. Conestagius *lib. 10.* Rectéque tum Gallici Exercitus Præfectus, maluisset in primariam arcem omnem pulverem tormentarium comportari, globos, & commeatum totum; hoc fine, ut si fortè Hispani, vi sibi aditum in Insulam patefeciſſent, omnes Lusitanorum & Gallorum copiæ ad arcem confugientes, sustinere possent impetum hostis; saltem usque ad initium hyemis, qua ingruente, classi Hispanicæ necessariò discedendum foret nam nisi talis aliquis locus deligeretur, ad quem se reciperent, simul ac hostis pedem terræ imposuisset (in tanta Civitatis & oppidorum muris nudatorum infirmitate) de ipsis actum esse. Conestagius *dict. lib. fol. 501.* Et etiam nuper Rhæti docuerunt, in regionem utcunque naturâ munitam, aditu hostem arceri non posse: tutiúsque facere eos, qui urbi alicui forti confidant. Sic & trajectus fluminis non facilè impeditur. Apparuit hoc in Lusitanico bello, ab Albano, auspiciis Philippi II. Regis Hispaniæ, gesto. In eo Tagus

erat

erat ſuperandus; quoniam autem Jacobus Meneſius (Luſitani Exercitus Præfectus) Caſcaiſii erat, (locus eſt ad illum fluvium ſitum) paratus ad reſiſtẽdum, cum triremes in conſpectum Caſcaiſij perveniſſent, proras fictè converterunt ad locum alium, qui à S. Antonio denominatur, & quem Luſitani munierant; quòd metuerent, ne propter commoditatem, eò Hiſpani adpellerent. Hacque ſimulatione uſus eſt Albanus, ut Meneſius, cæteris deſertis, ad illum locum defendendum accurreret. Comprobavit conſilium Albani exitus; quia omnes promiſcuè eò confluxerunt: & Albanus, poſtquàm aliquandiu in eam partem navigaſſet, tormentis arcis Caſcaiſianæ jam in illum fulminantibus, ſubitò proris ad littus (quod vetus appellant, & locus aſper ac incõmodus eſt) converſis, cum omnes indè defenſores diſceſſiſſent, facilè Militem expoſuit. Coneſtag. *lib. 6. fol. 318.* Quo ferè ſimili ſtratagemate deluſit etiam in eâdem expeditione, Sanctius Avila, Luſitanos. Coneſtagius. *lib. 7. fol.* 381. Non ſemel in Civilibus Gallicanis bellis, cùm flumina obſtiterunt, proteſtantes, longis ambagibus, ad ſcaturigines profecti, ibíque tranſitum quæſiverunt. Carolus V. in expeditione Gallicanâ, hac ratione ſecurum tranſitum ſibi fecit, ſemper exiguam aliquam præmiſit cohortem, & aliâ viâ, fortiorẽ: quæ ſuccurreret priori: *Ordinairement, quand il envoyoit quelque petite troupe aux champs, envoyoit par autre chemin autri plus groſſe force, pour ſouſtenir les premiers.* Bellay. *lib. 7. fol. m. 692.* Semper etiam ut adſint foſſores, neceſſe eſt, qui planas reddant vias exercitui proficiſcendi; in Alexandro Severo Imperat. Lampridius cõmendat: Tacebantur ſecreta bellorum, itinerum autem dies publicè proponebantur; ita ut Edictum penderet ante menſes duos, in quo ſcriptum eſſet: Illa die, illa hora ab urbe ſum exiturus, ut ſi Dii voluerint, in prima manſione manſurus: deindè per ordinem manſiones, deindè ſtativæ; deindè ubi annona eſſet accipienda. Et id quidem eò uſque quamdiu ad fines barbaricos veniretur. Jam enim indè tacebatur, & omnes ambulabant, ita ne diſpoſitionem Romanam Barbari ſcirent. Eleganter Monluc. *lib. 3. fol. 160. Les armées ne volent point, & ne vont point en poſte.* Qui item *lib. 4. fol. 239. b.* monet, ut quàm cautiſſimè receptus (Abzug) ſit inſtituendus: & tum ſalvâ exiſtimatione haud poſſe Bombardas relinqui. Itéque *lib. eod. fol. 270. b.* docet, quomodo profectio inſtitui queat, in ſuccurrendo, loco ab hoſte obſeſſo. Ipſa verba, propter elegantiam, & ut auctor ille omnibus eò magis innoteſcat, adſcribam: *Mes Cõpagnons, quand le Roy ouſon Li eutenant vous baillera à faire une diligẽce, pour ſecourir une place, vous ne devez perdre un ſeul quart d' heure: car il vaut beaucoup mieux travailler voſtre corps, & vos jambes, juſques au dernier de voſtre force, entrer dedans la place, & demeurer en vie, que d'aller à*

voſtre

voſtre aiſe, eſtre tué, & n' y entrer point : parce que vous meſmes eſtes cauſe de voſtre mort, & de la perte de la place. Et comme vous gaignerez une grãde reputation avecques voſtre diligence, vous finirez auſſi vos jours, & voſtre renommeé enſemble allant à voſtre eiſe. Ne vous excuſez jamais ſur les ſoldats, & ne leur faites jamais l' entreprinſe difficile, mais tousjours facile. Et ſur tout prenez garde, que vous ayez tousjours des proviſions, principalement du pain & du vin, avecques vous, pour leur donner quelq, peu de refraiſchiſſement : car le corps humain n' eſt pas de fer. Eſtant par chemin, tenez tous jours avecques eux des propos joyeux, leur donnant tousjours courage, mettez leur audevant le grand honneur, qu' ils gaigneront, & le grãd ſervice, qu' ils feront au Roy, & ne faites aucune doute, que les hommes ne faſsẽt tousjours plus de chemin, que les chevaux : car apres que les chevaux ſont recreus, vous ne pouvez à coups d' eſperon leur faire un pas, mais les hommes ſunt portez du coeur, il ne leur faut tant de temps, pour ſe refraſchir, ils mangent en cheminant, & ſe resjoviſſent.

III. Prædatio eſt, omnium ſubſidiorum, Hoſtique neceſſariorũ direptio : quæ quidem adverſus hoſtem, ſub certo modo exerceri poteſt, Deuter. 20. *verſ.* 19. & *c.* Tholoſ. *d. cap.* 16. Althuſ. *cap.* 36. *fol.* 608. ne ſcilicet cum rerum naturâ bellum nos geſſiſſe videamur: Vndè arbores non ſunt vaſtandæ. Kirchner *diſputat. Candidator. ord.* 10. *th.* 3. Non tamen prædandi causâ, facilè in hoſtem eſt incurrendum, maximè cum victoria adhuc eſt anceps. Caſtellan. 2. *de offic. Reg. cap.* 56. adde Amirato. 17. *cap.* 9. Richter *axiom. hiſtor.* 273. *Piccart de c.* 10. *cap.* 8. Camerarius 3. *cap.* 29. Cominæus *lib.* 8. *cap* 6. *fol. m.* 744. *Souvent le butin eſt cauſe de la perte, Voyla pourquoy les Capitaines y doivent prendre garde, mesmement lors qu' ils ſçavent des garniſõs voiſines, qui peuvent venir à eux: il eſt malaiſé d' y pourveoir, car l' avarice du ſoldat eſt telle, qu' il creve ſouvent ſous les faix, ne voulant prendre aucune raiſon en payement.* Monluc. *lib.* 1. *fol.* 53. Ac Miles prædâ onuſtus, nec ad pugnandum, neque ad fugiendum videtur aptus. Plutarch. *Eumene, fol. m.* 1166. & *c.* Diſputant autem Juris noſtri interpretes, circa hanc, de præda bellica diſtributione variè. Ego cum Dn. Henrico Bocero. 1. *de bello cap.* 17. *num.* 3. & *c.* prædam bellicam dico (in ſignificatione generali) id quod hoſti eripitur; ſive mobilis res ſiet. *l.* 20. §. 1. *de captiv. & poſtl. m.* adde Timæ. Fabr. *diſputat. ad Inſtitut iõ.* 12. *th.* 9. Hackelmann. *illuſtr. diſp.* 19. *th.* 4. Andr. Gerhardi, *diſputat. ad Inſtitut.* 4. *th.* 5. Prædam verò ſalvâ conſcientiâ poſſideri, docet Morla. *Empor. Iur. tit. ult quæſt.* 6, add. Binder. *de bello cap.* 3. Cardinal. Tuſchum *lit. B. concluſ.* 39. & *ſeqq.* At an ea in unum cumulum comportanda, & indè ſecundum merita diſtribuenda tractat idem Morla, *ibid. nũ.* 6. Sed præda haud fit capientis, niſi intra præſidia fuerit deducta. Alberic. Gentil.

Hiſpanicæ Advocat.1.cap. 2. & ſeq. Addam hîc,quæ Cl.Dn.Cluten *diatrib.novo Inſtinianear.18.th.1.*de prędâ habet. Res immobiles,ut agri ex hoſtibus capti publicantur, & fiſco ſeu Principi,qui bellum indixit, applicantur. *l. Si captivus* 20. §. *verum eſt.1.ff.de captiv.& poſtlim.revers.l. in agris.16.ff.de acquir.rer. Domin.l. Lucius.* 11.*ff.de evictionib.l.item ſi verberatum.* 15.§. *Item ſi forte.* 2.*ff.de Rei vindicat.l.is qui.*13.*ff.ad l.Iul. peculat.l. divus* 31. *ff.de Iur.Fiſci.* Et ſanè res immobiles,haut ita ſunt in præda, ut ſingulis cedere queant. Agri etenim non à ſingulis, ſed ab univerſis tantum occupari poſſunt, eóque meritò Reipublicæ, aut Principi cedunt, cujus auſpiciis Vniverſi militant, quique adeò per illos, ut adminiſtros,poſſeſſionem occupare cenſetur. Donellus 4.*Comm.*21. Et conſtat prædam à Quæſtoribus urbanis vendi, pecuniamque in Ærarium redigi,ſolitam. Agellius *Noct. Attic.lib.* 7. *cap.4.& lib.13.cap.24.* Hinc à Senatu Romano Volſcorum legatis oppida repetentibus,reſpõſum refert Dionyſius Halicarnaſſ. *Rom.antiquit.lib.*8.*pag.* 259. inter cætera: Poſtulatis iniqua,& quæ fieri nõ poſſunt.Si enim nobis oppida dediſſetis, poſteà pœnitentiâ ducti, nunc ea repetiretis, certè injuria vobis fieret, niſi ea reciperetis.Si verò Iure belli illis ſpoliati fuiſtis, cum nullum ampliùs in ea dominum habeatis : injuriam facitis, qui res alienas appetatis. Nos enim juſtiſſimas poſſeſſiones ducimus,quas armis victores quæſiimus, nec legem iſtam nos primi conſtituimus, nec eam hominum potiùs, quàm Deorum exiſtimamus;Sed quum omnes, tàm Græcos, quàm Barbaros hâc uti ſciamus, nihil molliter vobis remittemus, nec rebus bello quæſitis cedemus. Magnum enim eſſet vitium, ſi quis res virtute & fortitudine partas, per ignaviam, & ſtultitiam amitteret. Hæc ille. Idem gentium Jus jam ante urſit Iephthe.*Iudic.cap.*11. Res verò mobiles fiunt Militum,ſive ſingulorum capientium.P.Gregor.Tholoſan. *Syntagm. Iur. univers. lib.*20.*cap.*4.*n.*5.Cujac.19. *obſerv.*7.Goeddeus. *ad L. Itinere.* 3. §. 1. *num.* 10.*ff.de V.S.*Connan 3. *Comm.*3.Vacon.à Vacuna 2.*declarat.*35. Sed de his rebus idem quod de immobilibus.*ex d. l.is,qui prædam.*13.*junct.l.*1 *ff.ad leg.Iul.peculat.l pen.*§.*Simili.1. C.de donat.*dicendum videtur.Nihil itaque relinquitur,quod occupatione noſtrum fiat, contra ea,quæ *intr.de rer.diviſ.*habet Iuſtinianeus. Sed pertinet hûc,quod quidam apud Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.* 7.*pag.* 284. Scitis prædam ex hoſtibus captam, noſtraque virtute paratam, ad Rempublicam legis juſſũ pertinere, & non modo nullũ privatum hominem; Sed ne ipſum quidem Imperatorem in iſtam Jus habere : ſed Quæſtoris eſſe, hanc acceptam vendere, & pecuniam hinc redactam, in ærarium ferre. Hanc legem ab Vrbe condidâ nullus non ſolùm violavit; ſed ne reprehendit quidem, ut malè latam. Rurſus *lib.* 4. *pag.*120. Romani igitur

modis

modis juſtiſſimis ſervos ſibi parabant: aut enim ementes à Republica eos, qui ex præda ſub haſtâ vendebãtur, ut Imperatore permittente militibus, ut unâ cum reliquâ prædâ captivos etiam haberent, quos cepiſſent, aut ementes ab aliis, qui eodem modo eos ſibi comparâſſent, ſervos poſſidebant. Itidem apud Livium *decad. 3. lib. 10.* Scipio ad Maſiniſſam: Syphax, ait, populi Romani auſpiciis victus, captúſque eſt: itaq; Ipſe, Cõjunx, Regnum, ager, oppida, homines, qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda Populi Romani eſt. Simili modo, *decad. 4. lib. 7.* Æmilius ad milites Phocæam invadentes: Captas, non deditas urbes diripi: & in his tamen arbitrium eſſe Imperatoris, non militum. Cato Cenſor. in Hiſpania nil ex præda opima ſibi applicavit: non quod illud ſibi non liceret; ſed quia etiam cum præſtantiſſimis virtutis certamen inſtituere volebat. Plutarch. *in vitâ fol. 668.* Principio apud Romanos lex illa viguit, cujus meminit Halicarnaſſeus, *dict. lib. 8.* ſed ab ea paulatim uſu receſſum, ut Imperatori permitteretur, non tantùm dividere prædam jam redactam ex hoſtibus, ſed & diripienda exponere ac concedere, cuncta Militibus prædæ, ubi res poſtulare videretur. Hinc Livius *decad. 1. lib. 5.* Camillo invidiam concitatam memorat, quod non omnem Militi prædam permiſiſſet, ſed puplicando, ſacrandóque ad nihilum redegiſſet. Hûc facit. §. *Servi. 3* Ibi, *Imperatores captivos vendere &c. Inſtitut. de Iur. Perſonar.* Fieri tamen non poterat, quin vel in expeditionibus atque expugnationibus multa quoque diriperentur à Militibus, quæ & ipſi cõniventibus Ducibus belli, quin ſibi ſervârint, haud dubium eſt. Nec impediendum quò minus Milites prædentur, *Car ce ſont gens d' armes, il leur convient vivre ainſi, qu' ils ont accouſtumé.* Froiſſart. 1. *cap.* 234. Acquiſita item in bello, ſunt communicanda inter ſocios omnium bonorum Comilitones. Tuſchus *lit. B. concluſ. 40.* Vt & occupata per hoſtes, bello vel aliter, ſi recuperentur ab hoſtibus, per amicos & confœderatos, Dominis reſtitui debet. Tuſchus *dict. lit. conclus. 42.* Ac de præda etiam ſupra aliquid dixi. *cap. 5. n. 9.* In Luſitanico bello Albanus, omnẽ, quam tranſierat regionem, ab illis incommodis, quæ bellum comitantur, immunem conſervavit: neque enim vel occîdit, & expilavit incolas, vel oppida & vicos devaſtavit; imò magno ſtudio cavit, ne ſegetes immaturæ conculcarentur. Coneſtagius *lib. 5. fol. 290.* Voluit enim ſtabile Imperium eo in loco Regi ſuo parare. Et etiam victoria ea demùm vera & abſoluta eſt, ſi etiam animo ſint victi, qui ſuperantur. Montaigne. 1. *des eſſais. cap. 30. fol. m. 178.* Sic & in jam modo dictâ Luſitanicâ expeditione, Ferdinandus Toletanus, cum victoriam penes ſe eſſe videret, veritus ne Milites ardore pugnæ incitati, plus damni (Civitati primariæ Regni) quàm ille vellet, inferrent; deditâ operâ illos detinuit, jubendo

acclamari militibus illa verba, quibus ut sibi ab insidiis caveant, admonentur: & fingendo etiam fieri posse, ut numerus aliquis hostiũ adhuc nteger supereſſet. Et tamen Milites invito Albano signis relictis, promiscuè in suburbia, quæ ipsâ urbe majora, nobiliora & pulchriora sunt, & magnitudine multas Civitates mediocres superant, prædabundi irruperunt. Quamvis itaque interior urbis Lisybonæ pars salva, & illæsa permanserit: tamen suburbia cum agro subjecto spoliata fuerunt, & nonnullæ etiam domus urbanæ, tanquam ad Dominos perduellionis reos spectantes, cesserunt prædæ militum: quibus obsisti non potuit. quia putabant sufficere, quòd ab urbe abstinerent. Et ita in præda asportanda triduum fuit consumptum. Ibidem quoque diversitas nationum, quæ prædebantur, in causa erat, cur major ratio haberetur & pudoris mulierum, & rerum sacrarum, quàm aliàs factum fuisset. Hispani enim alibi incontinentissimi: hîc se continẽtes gesserunt; ne fortè suo exemplo Italos & Germanos, in Hispaniâ versantes, ad pejora incitarent. Conestag. *lib.* 7.

IV. Occidere plerique milites solent, qui resistunt, in loco non forti. Ita in Lusitanico bello Iacobus Menesius confugit in parvam quãdam arcem; quamvis autem illa non ita munita esse videretur, ut diu tanti exercitus impetum sustinere posset; tamen cum Dux per tubicinem præsidiarios ad deditionem invitasset, miseri illi tantum sibipsis confidebant, ut, jure belli & gentium violato, illum sclopetorum ictibus impetere non dubitarent, & ad defensionem se accingentes, sibi mori constitutum esse dicerent. Statim igitur in arcem directa fuerunt tormenta; cumque paucis ictibus magna muri inferioris pars aperta esset, serò errore suo agnito, de deditione cogitare cæperunt. Et cum viderent tormentorum fulmina non cessare, & ingentem muri partem prostratam jacere, desperatâ veniâ, nullâq; omninò conventione aut pacto interposito, portas aperuerunt, per quas nemine resistente, hostes statim irruperunt. Ibi Menesius ille inventus fuit; qui, cum pro solita Lusitanorum confidentiâ, se non admodùm graviter peccasse, existimaret, petiit per internuntium ab Antonio de Castro, qui Albanum comitabatur, ut pro eo officio, quod nobiles aliis aliis debent, sibi ab Albano veniam, & simul navim impetraret, quâ ad Antonium veheretur. Verum Albanus statim, ut Menesium in potestate habuit, capite plecti jussit, & suspendi Henricum Pereiram, arcis præfectum, ac nonnullos alios ex præcipuis, ut hoc exemplo metus incuteretur cæteris, qui de defensione cogitarent. Conestagius *lib. 6. fol.* 328. De illis, qui durante bello captivi fiunt, an occidi possint; num verò debeant servari? quæstionis est. In acie cum resistunt, qui hostes sunt, occidi jure belli posse, nemo dubitavit;

vit; ſed cum inferiores vi & armis captivi fiunt, occidi non poſſe cenſetur. Certè humanitatis eſt ſervari. Valétque illud hîc Senecæ, *in Troad.* ubi Pyrrhus: lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit, cui reſpondet Agamemnon:

Quod non vetat Lex, hoc vetat fieri pudor.

At captivi, fidem datam ſervare quoque tenentur, quam dederunt, & ſi ad λύτρον afferendum dimiſſi fuerint, ſi ferre nequeant, aut domo habere, redire ad hoſtem debent, & expectare voluntatem ejus. Quod ſi fidé dederint de præſtando aliquo cõtra Ius publicum aut militare, præſtare fidem non tenentur. In Anglicanis bellis, contra Gallos, ſæpè captivi eâ conditione acceptabãtur, ut cuſtodiæ ſe ſiſterent, etiamſi ab amicis ſuis, ex capientium manu poſt eriperentur, *recoux où non recoux.* Froiſſart. *tom. 1 cap. 163.* Sanè captivi olim ſervi fiebant, *l. 5. de ſtat. hom.* etiam Reges. Coraſ. *ad d. l. 5. verb. ab hoſtibus capiuntur.* Sed communiter Doctores tradunt; hodiè inter Chriſtianos, captos ex hoſtibus, de conſuetudine, capientium ſervos non fieri. Bartol. *in l. hoſtes de poſtlimin.* Angelus, *in §. item ea. num. 2. & 3. de rer diviſion.* contra Dn. Botер. *cap. 17. num 5.* vid. Gentil. *2. cap. 15. & ſeq. ac ibid cap. 17.* Tholoſſ. *d. cap 10.* Morla tamen putat; Subditos rebelles adhuc hodiæ in ſervitutem rapi. *in empor. Iur. tit. ultim. queſt. 5.* Quamvis mulieres eximat Dn. Wolffius. *tract. de fæminar. privileg. num. 34.* De Iure verò belli, & præſertim de captivis; pluribus agit. P. Faber. *2. ſemeſtr. cap. 3. & 4.* Ita autem victis parcendum eſſe, dicit Anton. Perez *aphoriſm. fol. 98.* ne eorum clementiam quandoque implorare cogamur. Et tamen non adprobare queo, ut in Chriſtianorum mutuis bellis, captivi occidãtur: nam ut elegãter ſcribit Botero, *de detti, fol. 8. vinca chi ſi ſia nelle guerre trà fideli, ſempre perde la chieſa, e la republica.* Sicque & Thuanus *lib. 56. fol. m. 1125.* reprehendit proteſtantium miniſtros, qui in obſidione Rupellæ; ac etiam Theologos Pariſienſes: qui rempore Ligiæ, hoſtibus parcere, contra pietatem eſſe, pronuntiârunt. Sic & in bellis, quæ in Gallia ab Anglis fuerunt geſta, non ſolùm clementer & amiciſſimè tractati fuerunt captivi; ſed & tollerabili lytro dimiſſi fuerunt utrinque. Froiſſart. *cap. 166. & 272.* Qui idem, *cap. 291.* de contraria Germanorum conſuetudine atteſtatur: quod nempè carcerum tetrorum fœtore, adegerint, quos bello ceperunt, ad ſatis magnam pecuniæ ſummam exſolvendam: *Ils ne les mettent point en priſon, en fers, ny en ceps; dinſi que les Allemans ſont leurs priſonniers (quãd ils en tiennent) pour en attraire plus grande finãce. Mais ils font ils.* Ac *c. 306.* Idémq; quod Germani, Hiſpanos in uſu habere ſcribit: *la amenerent tous leurs priſonniers en un fort chaſtel, liez treſtous de chaines de fer, ſelon leur uſage. Car autre courtoiſie ne ſavent les Eſpagnols faire. Ils ſont*

ſemblables aux Allemans. In prælio, quod propè Caletum, Angli cum Gallis commiſerunt, ex parte Gallorum Euſtachius de Rabaumont, ipſum Angliæ Regem proſtravit; & demùm captus, ſerto ex margaritis contexto à Rege donatus, libérque abire juſſus fuit. Froiſſart. *1. cap. 51. & ſeq.* Aſſentit, ſed rigidus aliàs Miles, Blaiſe du Monluc. *comm. lib. 4. fol. 222. b. Auſſi peut on dire, que jamais priſonnier n'eſt ſorty de mes mains, où de lieu ou j'euſſe puiſſance. qui fut mal content de moy, cela eſt indigne de les eſcorcher jusques aux os: quand ce ſont perſonnes d'honneur, qui portent les armes, meſmement quand c'eſt une guerre de Prince à Prince, c'eſt pluſtoſt un esbat, qu'une inimitie.* Sic & jam olim Ptolomæus, Demetrio captos remiſit amicos: hoc addens, bellum non eſſe inter necinũ inter eos; ſed tantùm pro Imperio & gloria. Plutarch. *Demetr. fol. 598.* Reges capti an occidi poſſint? diſputatum, cùm Sueviæ Dux Cõradinus, unà cum Alberto Auſtriæ Duce, Neapoli in foro, quem mercatum vocant, capitali ſupplicio affecti fuerũt. Vbi adhùc Sacellum, inſtar Inſulæ poſitum eſt, in illiúſque medio, eum locum, qui cruorem hauſit, ad hodiernum uſq; diem madere, ajunt. Itinerar. *trium nobiliſſim. Germaniæ adoleſcentum. Colon. Anno 1602. impreſſum. fol. 180.* vide quæ dixi *ſupra cap. 5. num. 8. & lib. 1. polit. cap. 11. num. 29.* Et certè ipſa captura, tacitum quaſi pactum eſſe videtur, de vitâ non adimendâ. Non Rex contra Regem, ut ſubditus delinquit; nec ideò eâdem ratione puniri poteſt. Anno Chriſti 1356. in prælio Pictavienſi, ab Anglis captus fuit Iohannes Gallo Franciæ Rex, quem primogenitus Angliæ Regis, honorificentiſſimè excepit, nec aliter ut hoſpitem amiciſſimum tractavit. Froiſſart *tom. 1. cap. 165. Le Prince de Galles s'enclina tout bas contre le Roy, & le resjouit (Si comme-bien le ſavoit faire) & fit là apporter le Vin, & les eſpices: & en donna luy meſme au Roy, en ſigne de grande amour.* Idem *cap. 168. Et ſervit tousjours le Prince au devant de la table du Roy, & par toutes les autres tables auſſi humblement comme il pouvoit; n'oncques ne ſe vouloit ſeoir à la table du Roy, pour priere que le Roy en fiſt: ains diſoit, qu'il n'eſtoit encore mie aſſez ſuffiſant, qu'il luy appertenist de ſoy ſeoir à la table de ſi grand Prince, & de ſi vaillant homme, que le corps du Roy eſtoit: & luy diſoit bien, Cher Sire, ne vueillez mie faire ſimple chere: pourtant ſi Dieu n'a voulu huy contentir voſtre vouloir, car certainement Monſeigneur Mon Pere vous fera tout honneur & amitie, le plus q'il pourra: & s'accordera à vous ſi raiſonnablement, que vous demourrez bons amis enſemble à tousjours: & m'eſt advis, que vous avez grande raiſon de vous eliesſer: combien que la journeé ſoit tourné à voſtre gré; car vous avez au jourd'huy conquis le haut nom de prouesſe: & avez paſſé aujourd'huy tous les mieux-faisans de voſtre coſté. Ie ne le di mie, Cher Sire pour vous louer; car tous ceux de noſtre par-*

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [136] - 134

ſtre partie, qui ont veu les uns & les autres, ſe ſont par pleine conſcience, à ce accordés: & vous en donnent le pris chappelet. Nec aliter etiam quàm ut amicus in Anglia receptus fuit. *dict. tom. cap. 173.* Sed tamen ſatis duræ conditiones ei oblatæ fuerunt. Girard. *lib. 15. fol. m. 244.* Innui jam modò, captum quemque, præſtito lytro dimitti. Et hodiè uſu ferè receptum eſt, ut captivus, lytri loco tot ſolvat, quot menſtruum ſtipendium meret. Et etiam quæri poteſt: an nè belli Duces, neceſſariò teneantur captivos ſuâ pecuniâ redimere? vide Heigium *part. 2. quæſt. 32. num. 5. &c.* Addo & hoc: ex quo juſtum bellum eſt, juſta captivitas, juſtam etiam eſſe pactionem. Attamen omninò hujusmodi pacta, debent eſſe conformia regulis, ex gentium Jure depromptis. Eaque omnia valida eſſe, abſurdum videri poſſit: quod hoſtis à captivo nihil non extorqueat, & captivus ſpe & amore libertatis, nihil non promittat, adeóque ſemper ex præſumpto metu, conventiones hujuſmodi initæ intelligantur. Ex quo excuſari forſan poſſet Franciſcus I. Rex Galliæ, quòd non paruerit conditionibus durioribus, (ita Galli conqueruntur) quàm olim alij Galliæ Reges, à Saracenis vel Anglis capti. Bellay *en l' Epiſtre de l' antiquitè des Gaules &c. fol. 99 uſque ad fin. illius Epiſtolæ. & lib. 3. hiſtor. fol. 222.* vid. Girard. *2. fol. 326.* Sed inquies, in carcere ſe ſiſtere debebat. At verò & hoc fortaſſis ſapit iniquitatem, magnos Principes perpetuo carceri mancipare, & hujuſmodi extortis promiſſionibus Imperii fines propagare. Equidem Romani hujuſmodi occaſiones, avidè arripuerunt, ſed eos imitari hîc fortaſſis non fas, Principibus præſertim Chriſtianis. Bachov. *ad Treutler. part. 1. fol. 230. & ſeq.* Rex tum Scotiæ ab Anglo captus, Regnum ſuum Feudi nomine promiſit recognoſcere ab Anglis: aut ſolvere 500000. nobiles coronatos: Schiffnobel. Froiſſart. *tom. 1. cap. 174.* Viciſſim Majoricæ Rex 100000 Francis ſeſe liberavit. Froiſſart. *cap. 299.* Valeriano quoque, à Sapore Perſarum Rege capto, maléque habito: Sapor à Vincinis Regibus eo nomine inculpatus fuit. Trebell. Pollio. *in Valer. Patre.* Victus eſt à Sapore Rege Perſarum, dum ductu cujusdam ſui Ducis, cui ſummam omnium bellicarum rerum agendarum commiſerat, ſeu fraude, ſeu adverſâ fortunâ, in ea eſſet loca deductus, ubi nec Vigor nec diſciplina Militaris, quin caperetur, quidquam valere potuit. Captus igitur, in ditionem Saporis pervenit, quem quum gloriosæ victoriæ ſucceſſu minùs honorificè, quàm deceret, ſuperbo & elato animo detineret, atque cum Romanorum Rege, ut vile & abjecto mancipio loqueretur, literas ab amicis Regibus, qui & ei contra Valerianum faverant, pleráſque miſſas accepit, quarum ſeriem idem Pollio refert. Sapori Rex Regum Belſolus. Si ſcirem poſſe aliquando Romanos penitùs vinci, gauderem tibi de victoriâ, quam præfers. Sed

quia

quia vel fato vel virtute gens illa plurimùm poteſt, vide ne quod ſenem Imperatorem cepiſti, & id quidem fraude, malè tibi cedat, poſterisque tuis. Cogita quantas gentes Romani ex hoſtibus ſuas fecerint, à quibus ſæpè victi ſunt. Audivimus certè, quod Galli eos vicerint, & ingentem illam Civitatem incenderint. Certè Galli Romanis ſerviunt. Quid Afri? eos nónne vicerunt? Certè ſerviũt Romanis. De longioribus exemplis, & fortaſsè ignotioribus nihil dico. Mithridates Ponticus totam Aſiam tenuit: certè victus eſt, certè Aſia Romanorum eſt. Si meum conſilium requiris, utere occaſione pacis, & Valerianum ſuis redde. Ego gratulor felicitati tuæ; ſi tamen illâ uti ſcias. Balerus Rex Carduſiorum ſic ſcripſit: Remiſſa mihi auxilia integra & incolumia gratanter accepi; ſed captum Valerianum Principem Principum, non ſatis gratulor: magis gratuler ſi reddetur. Romani enim graviores tunc ſunt, quando vincuntur. Age igitur, ut prudentem decet; nec fortuna te inflet, quæ multos decepit. Valerianus & filium Imperatorem habet, & nepotem Cæſarem: & quid? habet & omnem orbem illum Romanum, qui contra te totus inſurget. Redde igitur Valerianum, & fac cum Romanis pacem, nobis etiam ob gentes Ponticas profuturam. Artabasdes Rex Armeniorum, talem ad Saporem epiſtolam miſit: In partem gloriæ venio: ſed vereor, ne non tàm viceris, quàm bella ſeveris. Valerianum & filius repetet, & nepos, & Duces Romani, & omnis Gallia, & omnis Africa, & omnis Hiſpania, & omnis Italia, & omnes gentes, quæ ſunt in Illyrico, atque in Oriente, & in Ponto, quæ cum Romanis conſentiunt, aut Romanorum ſunt. Vnum ergò ſenem cepiſti & omnes gentes orbis terrarum infeſtiſſimas tibi feciſti: fortaſſis & nobis, qui auxilia miſimus, qui vicini ſumus, qui ſemper vobis inter vos pugnantibus laboramus. In ævum omne prædicabitur humanitas Alexandri Magni, quam exhibuit filiabus Darij, Porróq; Régi, captivis. Plutarchus. *Alexandr. fol. m.* 159. 701. & 202. Mos eſt Anglorum, poſt prælium plebi parcere, & vim iræ in Optimates ſolùm evomere, tanquam belli auctores. Cominæus *lib.* 3. *cap.* 6. *fol. m.* 218. Nunquam Turcæ eos jugulant quos in mari, ſive in cõtinenti capiunt; ſed vendunt. Formoſa & juvencula mulier octoginta aut centum ducatis, vetula triginta aut quadraginta aut quinquaginta ducatis æſtimabitur. Vir autem robuſtus & quadratus ſexaginta. Bellõ. 2. *obſerv. cap.* 10. Sic & Piratæ hominibus inſidiantur, non modò ob eorum facultates; ſed etiam ut ipſos redigant in ſervitutem: nam ſingula mancipia quinquagenis ducatis aureis æſtimare ſolent. Idem, *lib.* 1. *cap.* 37. Qui & *lib.* 3. *cap.* 29. de Turcicorum mancipiorum conditione, ita ſcribit: Tametſi Chriſtianus captivus, Turcæ, qui eum redemit, ſerviens, ſuæ religioni renunciet, & Turca fiat; non propterea libertatem adipi-

adipiſcetur: nam cùm ſit mancipium, illi exequenda ſunt heri ſui mandata. Mitiorem quidem ſervitutem ab hero impetrare fortè poterit, & ſervitutis tempus brevius. Turcicorum mancipiorum cum famulorum Europæorum fortuna ferè comparari poteſt: felicitatis enim ſuorum dominorum participes fiunt: ſi herum nanciſcantur probum virum, à quo diligantur, eandem cum ipſo habent tractationem. Poteſt autem mancipium cogere ſuum herum, ad duarum rerum optionem; vel ut illi redemptionis pretium indicet, vel ut certum ſervitutis tempus præſcribat. Licet enim mancipio, Cadi, hoc eſt, Iudicem convenire: Volo ut meus Herus alteri me vendat, niſi redemptionis precium mihi indicare, vel ſervitutis tempus præfinire velit. Iudex mancipio Ius dare, & ejus herum evocare cogitur: tum mancipium, Quantum (inquit) tibi numerari vis pro meâ redemptione, aut quot annis vis tibi inſerviam? Herus liberam optionem ipſimet dabit. Si mancipium caret ingenio, nec ſuâ induſtriâ tantum pecuniæ acquirere poſſe confidit, quæ ad perſolvendum λύτρον ſufficat; ſed labores facilius perferre ſperat; ſervitutis tempus deliget. Herus verò denûm duodenûm, vel quindecim annorũ tempus illi præſcribet, eiuſque pactionis ſyngrapham dabit: abſoluto eo tẽpore, liber domum abire poterit. At ſi mancipium aliquam artem callet, pecuniæ precium deliget, & eius perſolvendæ tempus ab hero expetet, quam ex pacto perſolvet: nam diligenter laborabit, preciumque ſuo hero numerabit quolibet menſe vel trimeſtri. Nonnullos vidimus, qui brevi tempore ſeſe redemerant, nempè biennio vel ſexennio. Mancipiorum verò, quæ in piratarum manus incidunt, atque ad triremes condemnati ſunt, miſera eſt conditio; vix ullam enim ſeſe redimendi ſpem, niſi admodùm ſeram, concipere poſſunt: Piratæ enim remigibus, cum opus habeant, captivos apud ſe retinent, nec navi egredi illis permittũt. Qui ſimiliter in ſatraparum poteſtatem incidũt, exiguam redemptionis ſpem habent: quoniam Cadi nullam, eos cogendi, habet poteſtatem. Itaque talium ſatraparum mancipijs, nullum aliud relictum remedium eſt, quàm ut fortunam ſuam patienter ferant. Ita & ille idem Bellonus *lib. 2. cap. ult.* ſcribit: Qui opificium aliquod callet, meliore ſemper apud Turcas eſt conditione, quàm illius ignarus. Hinc fit, ut è captivis alij alijs ſeſe facilius è ſervitute liberent. Nam qui opifices ſunt, brevi redemptionis precium adquirere poſſunt: qui verò nihil callent, duram ſervitutẽ ſervire coguntur, quia eorum Domini vel ad arandum ipſos compellũt, vel ad greges curandos ablegant. Ipſimet Ianillari maximâ ex parte aliquod opificium exercere norunt: nam dum in Androne adhuc pueri adſervantur, aliquam artem edocentur. In ſumma, cum artes ſint ſervilis conditionis hominum alumnæ; nihil iſtic prodeſt, nobili ſtemmate

progenitum se profiteri. Porrò autem illi qui in bello capiuntur, non propterea ignavi sunt habendi. Fortium quidem virorum videtur, in prælijs aut vincere aut mori : qui enim capiuntur, vix interdum effugiunt ignaviæ, aut certè φιλοψυχίας notam. Sed tamen Lacedæmonius quidam ex ijs, qui ab Athenienſibus capti ſunt in Pylo, urbanè à ſe ignaviæ notam amolitus dicitur. Cum enim Athenienſis quidam ei per ludibrium dixiſſet: Ex veſtris videlicet optimi ac fortiſſimi quique cecidêrunt : Magni, inquit, faciendus eſſet *fuſus*, ſi viros fortes dignoſcere ac diſcernere ab ignavis poſſet. Fuſum autem Lacedæmoniorum more, vocabat ſagittam: & ſignificabat, non fortiſſimos quoſque mortuos eſſe, ſed eos, qui caſu ſagittis icti fuiſſent. Muretus *14. var. cap. 18.* Sanè Philopœmen, qui captos non fortes eſſe cenſebat, Plutarchus *in vitâ fol. m. 719.* ipſe poſt itidem captus fuit. Romani certè poſt prælium Cannenſe, in maximâ civium ad arma portanda idoneorum paucitate; maluerunt tamen captos occidi vel extra Italiam vendi, quàm redimere eoſdem pretio haud magno: quod ipſorum magnanimitati attribuit Plutarchus, quòdque eos tali pœnâ putaverint dignos. *in vitâ Marcelli. fol. m. 301 &c.* Etiam Statira, Mithridatis Soror maluit obire mortem, quàm Romanorum eſſe captiva. Plutarch. *in Lucull.* Quidam magni nominis captivos ſervant, eóſque humaniſſimè tractant; ut poſteà eorum operâ ipſi utantur. Ita Petrus Navarrus in prælio Ravenatenſi, legioni peditum præfectus, captuſque; Gallis demùm utilem operam navavit. Iovius *in Elog* Bellay *lib. 1. fol. 26.* Marchio Guaſtius, Andream Doriam, eâdem occaſione, Imperatori Carolo V. conciliavit. Bellay *lib. 3. fol. 262.* Quin & captivos, ac præſertim qui caſu in hoſtis veniunt poteſtatem, non inhumaniter tractare, ex hoſtibus reddidit amicos, etiam integras nationes. Anno Chriſti 13 8. Belägert ein Hertzog von Oſterreich die Statt Solothorn gar ſtreng bey zehen Wochen. Die vrſach was / dz die Solothorner Keyſer Ludwigen anhiengendt wider Fridericum von Oſterreich / der mit gewalt König ſein wolt. Der Hertzog hatt ein Prucken ob der Statt vber die Aar gemachet / als aber das waſſer durch vngewitter gar groß vnd vngeſtümb ward / wolt der Hertzog die Prucken mit Leuten verwahren / beläſtigen vnnd behalten : aber das waſſer ſtieß die Prucken mit den Leuthen hinweg / ertränckt viel Knecht. Die von Solothorn ſelbſt hulffend allen denen auß dem waſſer / die ſie gelenden möchtend / vnd ſchicktend ſie dem Hertzogen wider. Durch ſolche freundtliche Wolthat / ward der Fürſt zum Friden erweichet / reidt ſelbſt gen Bern / vnnd ward der Krieg gericht. Stumpfius *lib. 7. cap. 26.* Alij vel ad terrorem, vel ex jure talionis capiunt ex hoſtibus nullos, omnéſque occidere ſolent. Anno Chriſti 1523. Iohannes de Medicis (unus ex Ducibus Caroli V.)

contra

contra fidem datam, Helvetios nonnullos occîdit: qui,ut ſuos vindicarent,omnes etiam Hiſpanos,Cæſarianóſque alios occiderunt. Eáque de re ſequentia habet Bellajus, *lib. 2. fol. 178. &c. Durant trois ſeptmaines, aucun des ennemis ne tomba entre les mains des Suiſſes, qu'il ne fuſt maſſacré, & s'il s'amenoit quelques priſonniers, en noſtre camp, il leur eſtoit permis de les tuer. Si nous euſſions continué ce train, il eſt apparant que la fin de la guerre euſt eſté à noſtre prouffit: car naturellement l'Eſpagnol craint plus la mort qu'autre nation, & la guerre par avarice, que pour autre occaſion: & ou il cognoiſt, qu'il y a plus de perte, que de gain, peu ou point, il ne ſe hazardera, je parle de la plus grande part, & non de touts. Et qu'il vray, durant le dit temps de la mauvaiſe guerre* (hodie vocant kein Quartier geben.) *peu d'Eſpagnols ſe hazardoient de ſe jetter en campaignie: tellement que nous commencions d'eſtre en plus grand repos, que par devant. Mais les Eſpagnols ne ceſſerent de pratiquer, juſques à ce que la bonne guerre fuſt accorde.* Occiduntur etiam quandóque captivi, qui durante pace, nec prævîâ diffidatione, more latronum alios invadunt. *vid. ſupra cap. 5. num. 4.* Talémque ſortem ſubierunt Galli,qui pro Antonio notho, Luſitanici Regni uſurpatore, cum Hiſpanis ad Terceram infelici prælio navali ſunt congreſſi. De quo ita Coneſtagius *lib. 9 fol. 475.* Kalendis Auguſti deſcendit in terram Franciſcus Bovadiglia cum quatuor ſignis peditum, qui omnes captivos, in medium acceptos, deduxit in forum Villæ Francæ, & ibi juſſit eos conſcendere in tabulatum quoddam,è ligno ad altitudinem ſtaturæ virilis extructum:& deindè clarâ voce lecta fuit ſententia, à Marchione (S. Crucis) contra illos pronuntiata; in quâ oſtendebat, contra pacem, quæ eſſet inter Reges Hiſpaniæ & Galliæ, eamq; juramento confirmatâ, exiſſe è Gallia Claſſem cum multis militibus voluntarijs, in gratiam Antonij Prioris Cratenſis, (qui ſe Luſitaniæ Regem ferebat) & animo intercipiendi naves Regis Hiſpaniæ, quæ ex Indijs & mundo novo expectabantur, & Inſulas Regiæ Majeſtatis diripiendi:ut etiam re ipsâ Inſulam S. Michaëlis diripuiſſent. Deindè Claſſem Gallicam, initâ cum Regiæ Majeſtatis Claſſe pugnâ victam & fugatam: cúmque in prælio capti eſſent viginti octo ex primariâ, & quinquaginta duo ex inferiori nobilitate, multiq; nautæ & milites gregarij;ſe declarare illos captivos, hoſtes pacis & boni publici,& perturbatores commerciorum,& protectores rebellium ſubditorum R. M. & tanquam tales, & tanquam manifeſtos Piratas,velle ſe eos à Præfecto rerum capitalium juſtis pœnis, ad exemplum alijs proponendum,ac ſupremo ſupplicio affici: ita ut nobiles capite plecterentur,at reliqui annum ætatis decimum ſeptimum excedentes,laqueo ſuſpenſi ſtrangularentur: & hoc requirere tùm pietatem, tùm utrituſque

Regis utilitatem. Hæc ſententia quidem crudeliſſima viſa eſt omnibus, qui eam pronuntiare audierunt, & inprimis militibus Hiſpanis; ſeu quòd vererentur, ne ſibi aliquando idem accideret, & ægrè ferrét jacturam pecuniæ, quam multi ex tot captivorum redemptione ſeſe collecturos ſperabant: ſeu quòd bono ſtudio ducerentur. Ita ut nonnulli è militibus ſatis liberè dicebant, ſententiam fundamentis parùm ſolidis eſſe ſuperſtructã. Sed minùs adhûc poterit excuſari crudelitas Syracuſanorum, qui Athenienſes in Siciliâ victos, ſi qui præcipui, & muneri alicui militari præfecti fuerunt, occiderunt; reliquos in captivitate ita tractaverunt: ut ſiti faméque diù macerati, tandem miſerè interierunt. Plutarch. *in Nicia ad fin.* At vel hoc ſolo Carthaginenſes meruerint, à Romanis vinci, ac omni Imperio ſpoliari; quòd Attilium Regulum, virum optimum, ita, ut Agellius, *lib. 6. cap. 4.* ex Tuberone refert, interfecerunt. In atras, inquit, & profundas tenebras eum claudebant; ac diu poſt, ubi erat viſus Sol ardentiſſimus, repentè educebant, & adverſus ictus Solis oppoſitum contine bant, atque intendere in cœlum oculos cogebant; palpebras quoque ejus, ne connivere poſſet, ſurſum ac deorſum diductas inſuebant. Tuditanus autem ſomno diu prohibitum atq; ita vitâ privatum, memoriæ mandat: ídque ubi Romæ cognitum eſt, nobiliſſimos Pœnorum captivos liberis Reguli à Senatu deditos, & ab iis in armario muricibus præfixo deſtitutos, eadémque inſomniâ cruciatos interijſſe.

V. Cæterùm, jam ſuprà dixi, id quod capitur hoſtibus devictis, id omne, ſive mobile, ſive immobile fuerit, in jus & poteſtatem Principis venire. *c. dicat aliquis 23. quæſt. 5.* Nam id tantùm, quod milites ex hoſtibus capiunt, fit ſingulorum. *l. 5. in fin. de acquir. rer. domin. §. item ea inſtit. d. tit. Donell. 4. comm. 21.* Vt &, quæ primò à nobis profectæ ſunt, ex hoſtium poteſtate ſi recuperentur: & prædia ſive agri fuerint, ad priores Dominos dominia rerum redeunt. *l. 16. l. 19. & ſeq. de poſtlim. § ſi ab hoſtibus. Inſt. quib. mod. jus Patr. poteſt. ſolv. l. 36. de religios. l. 7. in princ. de acquir. rer. dominio.* Res privatas mobiles recuperatas in prædâ eſſe, non poſtliminio redire, ſentit Cujacius *19. obſerv. cap. 7.* & jam dixi ſuprà *cap. 5. num. 9.* Hoc quidem eſſe videtur duriuſculum. Vide P. Fabrum. *2. ſemeſtr. cap. 3. fol. 35.* Dn. D. Bocerum. *1. de bello cap. 17. ad fin.* Morla *d. tit. quæſt. 6. num. 7.* Lyclama. *3. cap. 8.* Covarr. *cap. peccatum. §. 11. in fin.* Si enim ſervus poſtliminio redit, cur non res aliæ mobiles? & ratio belli recuperatorij poſtulat hoc ipſum. vid. tamen. *l. 28. & 30. de captiv. & poſtlimin. reverſis.* Sed & in contrarium ſunt rationes, & in bello multa iniqua tolerantur approbantúrque. Porrò apud populum ſocium, poſtliminij Ius eſſe dicit ICtus, *in l. 5. in princ. & l. 19. §. 3. de captiv.* Sed annè

apud

apud amicum utrique parti communem ? ita dicit Alberic. Gentil. *in Hiſpan. Advocat. lib.1.cap.1.* An autem cædamus vel capiamus juſtè eos, qui ad militiam hoſtium noſtrorum proficiſcuntur ? vid. Gentil. *d.lib.1. cap.9.* Ita puto. Adde Cominæum *fol.m.395.cap.5.lib.6.* ubi ſimilem habet caſum.

VI. Antequàm ad obſidionem perveniamus ; dicendum aliquid eſt, de inſidioſâ & callidâ arcis vel urbis alicujus occupatione. Sanè ejuſmodi exempla paſſim in hiſtoria Gallicanâ occurrunt, ubi Catholicorum & Proteſtantium bella, ſub Carolo IX & Henrico III. deſcripta continentur. Et pertinet hûc proverbium Gallicanum: *Gens ſurprins, ſont demy morts.* Qui imprudentes ſunt oppreſſi, jam ſunt pro dimidia parte occiſi : ſanè cum obſidentes ſolvunt obſidionem, haud temerè illos ſubſequi debent obſeſſi: nam fieri poteſt, ut incidant in inſidias collocatas, eæque ipſam capiant urbem: Ut accidit Francis in bellis Anglicanis. Froiſſart. *1. cap. 113.* Interdum milites ſub mercatorum, eorúmque perſonâ, qui vendunt ligna, vel annonam, intercipiunt arcem: eâque ratione præteritis annis capta fuit in Brabantiâ Breda, & olim in Scotiâ Haidenburg, arx inprimis fortis. Froiſſart. *tom.1.cap.56.* Ac etiam Anno Chriſti 1383. in Flandria Audenarde. *Girard. tom.2.lib.17.fol.368.* Inſuper, ſi per proditionem, & perfidiam unius atque alterius, qui oppidum vel arcem tenet, ea capi poſſe ſperatur ; providendum omninò eſt, nè qui prodere ſuos promiſit, prodat & decipiat etiam hoſtes; *double intelligence*, vel *contre-ruſe* vulgò vocant. Quemadmodum accidit in jam dictis bellis Caleti. Froiſſart. 150. *& ſeq.* Anno Chriſti 1268. Et quandóque etiam duplex, quam vocant, intelligentia decipi à tertiâ aliquâ ſolet. Ideóque rectè Monlucius. *lib.1.fol.59.b.* monet : *Croyez Meßieurs, qui faites des entrepriſes, que vous devez ſonger tout, & peſer tout ; jusques à la moindre petite particularité : car ſi vous eſtes fin, voſtre ennemy le peut eſtre autant que vous. A fin (dit on) fin & demy.* Rudolphus, qui poſteà ad Imperatoriam pervenit dignitatem, tum belli Dux, à Tigurinis conductus, tali ſtratagemate occupavit munitiſſimam rupem, Ytliberg dictam. Der von Regenſpurg (Dominus illius loci) reit gemeinlich mit zwölff pferden alle weiß/ darzu war Er vnnd ſeine Diener weiß bekleidet/ hat auch etliche weiße Hundt oder Wind mit jhm lauffen ꝛc. auff ſolche Manier rüſtet ſich auch Graff Rudolph von Habſpurg. Vnd als eines tags bemelter von Regenſpurg ab dem Schloß geritten war/ des ſie fürderſchafft hattendt/ für Graff Rudolph mit den zwölff weiſſen Pferden vnd Hunden/ weiß bekleidet/ den feinden gantz gleich/ an den berg gegen dem Schloß/ dem eylend etlich andere Züricher (zum ſchimpff liſtiglich geordnet) empfig nach/ vor denen floh er hin/ als ob ſie jhn jagtendt. Wie

bald die im Schloß solches sahēdt/öffneten sie die Porten/jhren verwendten Herren/von der flucht zuempfahen: aber dz Thor ward jhnen eingenomen/ vnnd die nacheylenden züricher auch eingelassen/ die Einwohner entleibet/vnd die Vöste zerstöret. Stumpff. *lib.6. cap.22.* Jm 1448 Jahr vmb S. Lux tag im October, kamend gen Rheinfelden/vber die Prucken in bilgrams weis etliche vom Oſtereichiſchen Adel. Diſe verwendte bilgere gebendt auff der prucken den zoll/dieweil kamendt etliche Schiff den Rhein ab/sam fürten sie Holtz/ darunter lagendt viel geharnisster Leuten verborgen. Als bald sie ans Landt kamendt/wurdent die wächter der thoren von den bilgern erstochen. Es was Feyrtag vnd iederman in der Kirchen/ darmit ward die Statt eingenomen/ etliche erstochen/ groß gut dannen geführt. Stumph. *lib.12. cap.12. in fin.* Pro cautione hîc suggerũt parti, ut nunquàm careant mœnia & turres excubiis. Monluc. *lib.2. fol. 107. b. Voicy Capitaines, combien il importe de se prendre garde à ne laisser jamais la muraille vuide de sentinelles ; ou pour le moins en poser tousjours sur quelque tour ou portail, mesmement sur la poincte du jour : car c'est lors que les executions se font, on est las de veiller, & non pas l'ennemy de vous guetter.*

VII. Obsidio, est hostis & locorum hostilium obsessio: cui jungenda defensio, locorum à nostris inimicis oppugnatorum. Ac stratagemata, tàm obsidentium, quàm obsessorum, congessit Adam Conzen. *lib.10. politic. cap.46. & seq.* Obsidiones autem temerè suscipiendæ non sunt: *magnorum enim exercituum cœmiteria*, militari proverbio indigitantur. Et Francisci Guisij Ducis apophthegma fuit: *che un Capitano intento à grande impresa, non si deve facilmente impegnar in assedij di città, e di piazze forti.* vid. Botero *de detti fol.47.* adde Marnix. *8. resolut. 21.* Verùm circa obsidiones quænam, tàm ex parte obsidentium, quàm ex parte obsidendorum & obsessorum sint observanda? vid. Danæ *polit. lib.7. cap.4.* Ranzov. *in commentar. bellicis*, & alios rei militaris, Architectonicæque bellicæ scriptores, in multifariis linguis ubivis obvios, hácque de re dispicere, pertinet ad artem singularem στρατηγικὴν seu polemicam dictam. Hœnnon. *7. thes.65.* Et pro hoc axiomate venditatur; urbem quæ ad eruptionem unâ vice tria millia armatorum emittere potest, frustrà obsideri. Facius *axiomat.78.* De eruptionibus vide Cominæ. *2. cap.11.* Olim obsidiones ita instituebantur, ut muro circumdarent castra, urbémque obsessam. Ioseph. *tom.1. fol.m.239. b.* Imbellis turba non ibi recipienda. Amirato 20. *cap. 3.* Sed annè ejicienda? aut ejecta ab obsidente recipienda? Humanitatem utrobique approbarem, ac dixi supra *cap.5. num.8.* vid. etiam *les Epistr.* d'Estienne Pasquier. *1. fol.25. b. & cVbi de la police, que tint le feu Duc de Guise, dans la Ville de Mets,*

contre

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [144] - 142

contre la siege de l' Empereur. Aliquot hîc suboriuntur politicæ quæstiones. An Vrbe principali seu metropolitanâ occupata; cæteræ quoq; captæ censeantur? vid. Marnix. *section. 8. resolut. 7.* An puniendus sit, qui castrum non munitum dum defendit, toti exercitui moram imponit? vide Montaigne. *1. des essais cap. 14.* Marnix. *section. 8. resolution. 20.* ac etiam attigi suprà.

VIII. Sed nunc hoc loco inserere placuit discursum, per saturam quasi, quæ ad obsidiones spectant, nonnulla proponentem: antè multos annos à me vernaculâ nostrâ linguâ conscriptum. Obwohl selbiger / so deß Kriegswesens nicht erfahren / schwerlich etwas mit grundt davon schreiben kan / so ist jedoch beneben zumahl dieses gewiß / dz die Wissenschafft alter vnd newer Exempel / auch vber die massen viel dienet. Die experientz braucht lange weil / weñ man jhro nicht mit etlichen præceptis, so ebenmässig auß der Experientz gezogē / zu Hülff kompt. Doch seind die newe Inventiones vnd gar zu künstliche machinæ in keinen weg zu loben; weil sie gewonlich wenig außrichten / vnd zu nicht werden / wie Guicciardinus zu End deß erstē buchs erwehnet. Ehe Carolus, König in Franckreich / vnnd der Achte dieses Namens / in Italiam gezogen / ware nicht allein die manier zu kriegen viel anderst / dann man sie hernach angestelt: Sondern man Köndte auch fürnemblich die Stätt gegen einer belägerung leichtlich auffhalten. Mehr / weil man nicht wußte solche einzunemen / dañ dz man selbige besser deñ heutigs tags defendiren kondte. So bald man aber das große Geschütz etwas bessers tractieren, vnd damit die vöstungen zu beschiessen / gelehrnet / seind auch sehr veste Stätt mit ringer mühe eingenommen worden. Gestaltsame von diesem allem oberwehnter Guicciardinus *lib. 15.* außführlich handlet. Anheüto ist die Kunst einen platz anzuspringē / oder zu verthädigen sehr hoch gelangt. Vnnd sicht man darauß / waß die kunst vermag / auch wie der Stärcke mit kunst zuhelffen. Claude Flamand, ein berühmter Ingenieur, haltet in seinem / von diesem handel / außgefertigtem Frantzösischen tractat darfür / dz fünffhundert Personen / so alle nothurfft an der Handt / in acht Tagen mit holtz vnd Erdē ein solch Fort machē / dz zehentausendt Soldaten solches wohl sechs Monat belägern / vnnd zuvor nicht einnēmen sollen. Wie wenig vnsere Voreltern / beedes zu belägern / vnnd einen Platz zu defendiren gewußt / geben die kostbare Mauren vnd Thürn der Alten / auch fürnembste Stätt / so aller Kriegs reguln zuwider gebawet / vberflüssig zu erkennen. Vnd bezeuget die erfahrung / daß sonderlich die grosse Quaderstuck deren man sich etwan bedienet / vnd vnsäglichen kostē darauff gewendet / wañ sie von den groben Stucken zerschmettert / den belägerten selbst mercklichē Schaden thun / vnd die vmbstehenden beschädi-

Manchmahl werden Stätt vnd Plätz mit dem Geding auffgeben/ wann man ſelbige jnnerhalb einer gewiſſen Zeit nicht entſetze/ als dann wird von denen auſſerhalb ein vornemme Perſon verordnet/ welche in der Statt bleibt/vnd zuſicht/das man jnnerhalb nichts innovire. Item, wann die Belägerten Hunger leiden/wird jhnen erlaubt Eſſen hinein zubringen/doch von einem Tag zum andern/vnd werden utrinque Obſides gegeben; welche auch zu zeiten das Leben laſſen müſſen/ wann man den Pactaten entgegen was handelt/wie Froiſſart *tom.* 1 *cap.* 317. ein Exempel hat. Es gibt auch Girard. *lib.* 21. *de l' hiſtoir. de France. tom.* 2. *fol. m.* 751. ein Regul/das man dem Feind ohn gnugſame Pfand oder Geyſſel in ſolchen Fällen nicht trawen ſolle. *De ne ſe fier une autrefois en ſon ennemy, que ſur bons gages.* Welcher geſtalt die Statt Calais nach langer Belägerung/dem König in Engelland vbergeben worden/wie auch ſechs der fürnembſten Burger/jeder ein Strick an dem Halß habendt/

damit dz vbrige sambtliche Volck bey dem Leben erhalten werden möchte/gedachtem König die Schlüssel præsentirt/ vnd sich jhme auff Gnad vnd Vngnad ergeben/ zumahl durch Fürbitt der schwangern Königin/ bloß das Leben erhalten/wird von Froissart *tom. 1. cap. 146.* gar denckwürdig erzehlet.

Einer/so den letzten Sturm thun last/vnd da er im selbigen nichts erhalten/ abzuziehen willens ist/ soll vnderdiß/ selbiger Geschicht/ die Stucken vnnd andere schwere Sachen/ denen sonderlich der Feind im Abzug wol beykommen/oder Schaden zufügen mag/ hinweg vnd in ein sicher Ort führen/nicht vergessen. So ist auch dem Feind/welcher abzeucht/nit allweg zutrawen/dann selbiger sich manchmahl heimlich wider wendet/wie die Græci vor Troja, auch Lucullus vor Mitylenen gethon hat. Plutarch. *in vitâ fol. 980.*

Wann selbiger/welchem ein Vestung vertrawt/ entweders zaghafft oder vnfleissig ist/wird er manchmahl mit dem Todt gestrafft/ oder auffs wenigst seines Adels vnd Ehren entsetzet. Wie Anno 1523. dem Frantzösischen Hauptman zu Fontarabie widerfahren: *Car le Capitaine Frauguet apres avoir tenu peu de jours, neantmoins rendit la Ville, qui n'estoit forçable, & en sortit ses bagues sauues: vray est que il disoit avoir esté contrainct de ce faire, par ce que Dom Petre, fils du feu Mareschal de Navarre, avoit intelligence aux ennemys. Toutesfois le dit Frauguet fut à Lyon sur un eschauffault degrade de noblesse, & declaré roturier luy, & ses descendants: pour avoir esté negligent, & failly de cœur à pour veoir à la conspiration dudit Dom Pietre, si ainst estoit qu'elle fut vraye.* Bellay. *lib. 2. fol. 162. & seq.* Welcher *lib. 7. fol. 717.* eben auch hievon also schreibet: *La punition dont on a depuis usé cõtre les moins delinqueurs, a esté telle, que touts ceux, qui s'y sont trouvez, extraicts de noble race, ont esté privez & degradez eux, & leurs descendents de tous tiltres & privileges de noblesse, & faicts subjects aux subsides & impositions, comme non nobles & roturiers.* Also ist der Herr von Vervin zu Pariß Anno 1543. enthauptet worden/ weil er auß grosser zagheit vnd vnverstand/auch wider der Burger willen/ die Statt Boulongne, dem König auß Engelland vbergeben. Bellay *lib. 10. fol. 1123. Car perdre une place, & n'apporter, ou avec la mort, ou avec la vie, de l'honneur, celuy qui vous y a mis, vous faict tort, s'il ne vous fait couper la teste.* Monluc. *lib. 2. fol. 138.* & adde Montaigne. *l. de essais, cap. 16.* Fürstliche Tischreden/ *lib. 1. cap. 29.* auffs wenigst soll einer Ehrenhalber einen Sturm außhalten/da er sonderlich etwas gelegenheit hat/ sich zu retranchiren. Der Mareschal Monluc sagt/ daß die Spanier insonderheit selbige hart straffen/vnd zwar billich/so auß Zagheit ein Statt vbergeben/aber er thut noch billiger hinzu; *mais il en faut faire jugement sans*

passion:

paßion: car j' ay veu ſouvent tel blasmé, par celuy qui n' euſt ſceu faire mieux. lib. 4. fol. 258. b.

Wann man in einer Feſtung zu parlamentiren anfangt / iſt ſelbige ſchon für halb verlohren zuhalten; *Car despuis qu' une femme parlamente, & vous eſcoute à Dieu vous comment. Vous avez desja le pied en l' eſtrieu. Auſsi quand une place commence à ouurir l' oreille à la compoſition, tenez la hardiment pour perdue.* Monluc. *dict. fol. b.* Es wird auch gleichſamb für ein Verrätherey geſchätzt / wann der Oberſt in deß Feind Läger ſich ſelbſten begibt / vnd daſelbſt einen accord abhandlet. Bellay. *lib. 1. fol. 68. & ſeq.* Montaigne, *lib. 1. cap. 5.* vnd als vnder Carolo, dem Sechſten diß Namens / König in Franckreich / Thumiß belägert ward / hat der Saracenische Gubernator nicht wollen auß der Statt / zu parlamentiren ſich begeben: *diſant que par les loix de la guerre jamais un chef d' armée, ou de Ville, ne doit ſortir pour parlementer.* Girard. *lib. 18. tom. 2. fol. 443.* Nicht weniger wird offters ein Feſtung / vnder deme man parlamentirt / vnnd dannenhero darinnen etwas vnachtſams / oder zu ſicher iſt / vnverſehens eingenommen / darumb zu ſelbiger zeit zum fleiſſigſten Wacht zuhalten. *Les heures d' un parlament ſont tousjours dangereuſes.* Monluc. *dict. loc.* Montaigne *lib. 1. cap. 6.* Fürſtliche Tiſchreden / *lib. 11. cap. 28.* Mann ſoll auch dem Feind nicht trawen / wann er ſchon verſprochen / vnter wehrender Handlung nichts zu attentiren / wie die Statt Genua, Anno 1522. mit jhrem euſterſten Schaden erfahren / vnd darüber ſpolirt oder geplündert worden. Bellay.

Noch viel andere obſervationes können auß deß Mareſchalcken von Monluc, commentaires, vnd deß Herren de la Noue notis ad Guicciardinum, gezogen werden.

IX. Nunc de præliis aliquid eſt dicendum: ſed inprimis cavere debet is, qui exiſtimationem ſuam amiſit, ut non facilè ad confligendũ adduci ſe patiatur; aut qui nuper fugit. Minuere etiam reputationem reputatur, ſi quis arcem vel civitatem munitam ab hoſte obſeſſam, non illâ liberet incommodatione. Eâ ratione Sertorius ſe famam Pompeij creſcentem deprimere poſſe non dubitavit. Plutarchus *in Sertorio fol. m. 1144.* Qui idem tamen, ut redimeret tempus, contra dignitatem Proconſulis Romani, Barbaris tributum ſolvit. Ibid. *fol. 1130.* Nec enim ſaluti fama præferri debet. Et Niciæ non profuit, quod cum Siculis, ad pugnam eum provocantibus, prælium commiſit, ne aliquid decederet Athenienſiũ exiſtimationi. Plut. *Nicia fol. 1063.* Sanè non rarò milites ita ſunt perſuaſi, ſe vinci non poſſe, ſi Ducem habeant, in multis præliis victorem: qualis olim fuit Philopœmen. Plutarch. *in vitâ fol. 711.* Quo abſente, Achæi, timidi erant, eò ductore nunquam non victores.

Sunt qui famam captant, dum spargunt famam suarum divitiarum: sed nec ea sufficit, dum seriò res est agenda. Sicque de Carolo VI. Galliarum Rege, scribit Girard. *lib.* 17. *tom.* 2. *fol.* 382. *On disoit, que le Roy Charles le Quint, avoit en mourant laissé dix huict cent mille escus, autres disent davantage: & n'est pas de petite importance, de faire parmi les ennemis & voisins d'un grand estat courir un grand bruict d'un grand thresor, & de grands moyens; car cela les met en admiration ou en crainte. Mais pour mener une nouvelle armeé en Italie il n'estoit point besoing d'un vain bruit, ains d'une vraye & bonne somme d'argent, & en trouver en quelque part où il fust caché.* Vicissim sibi fidere nimis, hostémque contemnere; ferè nocuit semper. Hostis nec contemni, neque metui debet. *Il ne faut pas que vous mespriſez voſtre ennemy: ny auſsi que voſtre Soldat ait opinion, qu'il ſoit plus vaillant que luy.* Monluc. *lib.* 2. *fol.* 105. *b.* Carpunt in Carolo Quinto Imper. Galli, quod nimis suæ felicitati innixus, omnia reputaverit facilia factu. Bellay. *lib.* 8. *fol.* 804. Sed fuit imprudentissima confidentia Sebastiani Lusitaniæ Regis, qui Africanam susceperturus expeditionem, coronam & reliqua, quæ ad Coronationem Regis Fessæ & Maroci requiruntur, conficienda curavit, secumque tulit: nesciens quid serus vesper veheret. Conestag. *lib.* 1. *fol.* 57. Sic & ea-ruit successu confœderatio Nobilium, contra Genevates. Anno 1530. der Löffelbund genannt. Deren jeder zu einem Zeichen einen Löffel angehencket / jhres vermutens / die Genffer in einer Suppen zu essen. Stumpfius *lib.* 8. *fol.* 273.

X. Sed nec ad desperationem, in prælio hostis est redigendus. Amirato *lib.* 19. *discurs.* 7. Franco-Gallorúmque Veriverbium est: *un desesperé en vaut dix.* Et aliud: *Les armes ſont pitoyables aux deſeſperéz.* Lucanus 4. *verſ.* 275.

Vincitur haut gratis jugulo qui provocat hostem.

Vertitur non rarò desperatio in furorem. Sicque Clotarius I. Septimus Rex Francorum, à Thuringis desperatis victus fuit; qui antè nil nisi vitam petere fuerunt ausi. *Ce qui eſt ſouvent advenu aux Princes, qui ont refuſé leur miſericorde, ou un honeſte accord: & plus vaut aux Princes, uſer de clemence envers ceux, qui la requierent, & gaigner & vaincre par icelle les hommes, que taſcher de les avoir par la force, & les mettre en deſeſpoir; qui a le plus ſouvent eſté vaincus de la force.* Girard. *lib.* 1. *fol.* 88. Memorabile etiam, aptúmque loco præsenti Exemplum idem Bernhardus Girardus, *lib.* 17. habet. Gandavenses, Flandriæ populus, cum adversus Ludovicum Flandriæ Comitem & Principem suum rebelles, infelicibus diu contendissent armis: multis tandem magnisq; cladibus fracti, pacem à Ludovico talem, quâ omnium rerum suarum,

præter

præter corporum & vitæ, ei potestatem permittebant, petere sunt coacti. Verùm is irâ & vindictæ cupiditate elatus, rejectis omnibus eorum precibus, nullam eis pacem se daturum respondit, nisi omnes qui supra quindecim annos essent, Viri fœminæque, nudis corporibus, colloque inserto laqueo, urbe egressi, omnia sine exceptione aut conditione, suo permitterent arbitrio. Hæc renunciata, adeò ab indignatione simul ac desperatione, iram & animos Gandavensibus accenderunt, ut ad supremam rabiem versi, relictis custodibus urbis, qui si cæsam aciem suorum vidissent, tectis ignes subiicerent: delecti ex omnibus quinquies mille viri ab urbe egressi, ut potiùs in acie fortiter pugnando caderent, quàm fœdâ morte, & supplicio vitam amitterent: ad Brugas castra ponerent. Ibi Ludovicus Comes erat, tanto cum exercitu, ut singulis Gandavensibus cum denis hostibus dimicandum fore videretur. Itaque cùm Ludovicus, contemptâ paucitate illorum, egressus urbe, castra loco & munitione tuta, adortus esset: Gandavenses memores necessitatis, periculique sui, tantâ irâ & ferociâ dimicarunt, ut ingentem illum exercitum funderent, fugarentque, & Brugas usque persecuti, unà cum fugientibus intra portas irrumperent. Ibi cum omnes adversæ partis cæderentur, Comes ipse cum extremo vitæ periculo, diu in urbe apud pauperem fœminam occultatus, vix tandem solus miserabili habitu manus eorum; quibus veniam supplicibus & misericordiam negaverat, elapsus, omnique ita ditione suâ & Principatu spoliatus fuit. Ac pariter elegans est oratio, apud Thucyd. *lib.* 3. quâ Diodotus Athenienses persuadet, ut Mitylenæis, veniam potiùs darent, quàm eosdem adigerent ad desperationem. Ubi inter alia ait: Summæ dementiæ est, imò ne fieri quidem potest, si quis humanum ingenium, cum impetu aliquo fertur, aut legum vi aut aliâ severitate inhibere velit. Proindè ne adeo rebus sinistrè consulite, ut capitis supplicium pro certo remedio habeatis: neque spem reditus præcidite deficientibus, ut non brevissimo temporis spacio delictum suum eluere possint. Cogitate nimirum, quod facilius sic quævis civitas, non desperatâ veniâ, in deditionem veniet, possitque & sumptus præstare, & in posterum tributum pendere: alterâ verò viâ, quem fore putatis, qui non intentius se sit præparaturus, & obsidionem etiam ad extremum toleraturus: siquidem nihil interfit serò & extemplò faciat deditionem? Sic & Aristides noluit Xerxi occludere abitum, ne scilicet eâ ratione, vel ex desperatione fortiter pugnare cogeretur. Plutarchus *in Aristid. fol. m.* 631. & *Themistocle. fol.* 228. Indè & Guilielmus Normandiæ Dux, Conquæstor vulgò dictus, in Angliam profectus, ut suis reditus, fugæque spem adimeret, & ita adigeret,

ad eò fortiùs pugnandum, naves, quibus fuerant vecti, incendit & inutiles reddidit omnes. Girard *lib.6.tom.1.fol.566.*

XI. Juvat etiam ad victoriam, vota facere, in Dei laudem antè pugnam. Geneſ. *cap.14. v.22.* Ut & nunquam ad prælium milites ſunt ducendi, niſi priùs convenienti exhortatione animati. Conzen. *polit. lib.10.c.41.* Formulam talis orationis ſuggerit Monluc. *lib.1.fol.51.b. Et bien, Mes Compagnons, ne ſerez, vous pas de l'opinion des Capitaines? Quant à moy, je vous ay desja donne la mienne, qu'il falloit combattre, & aſſeurez vous, que nous vaincrons: car le preſage que j'ay tousjours eu, le m'aſſeure, lequel ne m'a jamais menty en quelque choſe, que j'ay entreprins: croyez mes amis, qu'ils ſont desja à nous. Or ay-je tous jours faict entendre aux ſoldats, que j'avoy certain preſage, que quand cela m'advenoit, i'eſtoy ſeur de vaincre: ce que ie n'ay iamais faict, ſinon pour y faire amuſer les Soldats: afin qu'ils tinſſent deſia la victoire pour gaignée, & m'en ſuis tous iours tres bien trouvé, car mon aſſeurance rendoit aſſeurez ſouvent les plus timides. Les ſimplex Soldats ſont aiſez à pipper, & quelquefois les plus habiles.* Juvat & milites reddere certos, de jure ejus, in cujus favorem ad pugnandum incitantur. Sic namque Froiſſart. *tom.1.cap.226.* ſcribit: *Là eſtoit Meſsire Charles de Blois, à admoneſter & prier chacun, par ſes batailles, moult doucement: qu'ils luy vouſiſſent eſtre loy aux & preud'hommes; & prenoit ſur ſon ame, & ſur ſa part de Paradis, que ce ſeroit ſur bon droict, & iuſte qu'on ſe combattroit.* Juvat item, non ſibi certam victoriam polliceri: ne caſus inopinatus, plus noceat terrore, quàm damno, ac ut ad utranque fortunam parati ſimus. Monet hoc militiæ optimus Magiſter, Blaiſe du Monluc. *lib.3.fol.154 b. Ne trouuez eſtrange, Capitaines mes Campagnons, ſi preſageant la perte d'une bataille, ie l'aſſeuroy ainſi aux ſienois. Ce n'eſtoit pas pour leur desrober le cœur, ains pour les aſſeurer, à fin que la nouvelle venant tout à coup, ne miſt une eſpouuante generale par toute la ville, cela les fait reſoudre, cela les faict aviſer à ſe pourveoir: & me ſemble que prenant les choſes au pis, vous ferez mieux que non pas vous aſſeurant par trop.*

XII. Pugna vel eſt velitatio, vel prælium. Velitationem vocant, cùm pars exercitus cùm parte hoſtilium copiarum congreditur. Prælium eſt pugna, cum toti Exercitus committuntur. Antequam autem prælium ineatur, hoſtis vires velitationibus, ſeu levibus prælijs ſunt tẽtandæ. Amirato. *diſcurſ.1. lib.19.* vid. Machiavel. *3. comment.37.* Idque inprimis facere debet ille, qui Milites habet minùs exercitatos, ut ita paulatim, minorique cum damno, ad pugnandum idonei reddantur, quod obſervarunt Boëtij olim, hacque tandem ratione Spartanos Milites exercitatiſſimos vicerunt. Plutarch. *in Pelopida. fol.m.554.* At verò Achilles

Achilles Traduccius *in Turca vincibili, fol. m.* 350. In Turcicis bellis censet velitationes majores non ineundas, in quibus laborantibus assidua præsidia mittantur: cùm Turcæ hoc generis certamine longè superent nostros. Porrò incerto eventu, aut multis periculis propositis, minimè est pugnandum. Facius *axiomat.* 30. Cominæus. *lib.* 2. *cap.* 2. *fol.* 113. *& seq.* Neque citiùs quàm par est, prædationi indulgendum. Camerar. 3. *cap.* 29. ut jam monui alicubi suprà. Hócque Tartaros accuratè observare, notat Jonville in histor. Ludov. S. *fol. m.* 218. Milites item impransi, ad pugnam non idonei Amirato videntur. 18. *cap.* 7. Semper quidem ad pugnandum paratus esse debet belli Dux: & pro maximâ Spinolam venditare ajunt; *che per acquistarsi honore di Capitano, bisogna combattere: altramente tu conseguisci piu tosto nome di negotiante, che di guerriero.* Botero, *de detti fol.* 47. Sed tamen cùm exitus prælij ambiguus & incertus semper, & absolutè in manu Dei sit: pulchrè Cominæus *fol.* 27. *lib.* 1. *cap.* 3. cúmque victum, nihil non incommodorum plerunque soleat divexare. Cominæus *lib.* 5. *cap.* 2. *fol.* 373. sæpè quoque munitissimarum urbium deditionem secum trahat. Marnix. *section.* 8. *resolut.* 6. Pugnæ ideoque certamen, quacunque fieri potest ratione, evitari debet. vide Suetonium *in Augusto cap.* 23. *&* 25. ni scilicet summa hoc exigat necessitas, vel optima occasio sit oblata. Agellius *lib.* 13. *cap.* 3. Namque haut armis solùm, sed & tempore geritur bellum: Quod olim Antigonus Pyrrho, eum ad prælium invitanti respondit. Plutarch. *Pyrrho fol. m.* 794. Egregiè hac de re cum Patre suo disputat Cyrus, apud Xenophontem *lib.* 1. *Instit. fol. m.* 33. Vbi mi Pater, jam necessarijs à rebus instructi milites erunt, ubi rectè valebant, ubi labores perferre poterunt, ubi bellicis artibus exercitati erunt: ubi etiam ambitiosè viri fortes videri cupient, ubi deniq; facere imperata, quàm detrectare jucundiùs ipsis erit: nónne tum, Pater, sapere quis tibi videretur, si cum hoste quamprimum confligere vellet? Quidni, inquit, si quidem ipse meliori cõditione sit facturus. Sin autem, quantò equidem & meipsum & meos præstare censerem, tantò majori cautione uterer: quemadmodum & alia, quæ maximi precij ducimus, ut quàm maximè in tuto sint operam damus. Verùm, mi Pater, esse meliori, quàm hostes conditione quo pacto quis possit? Profectò fili, non de re vili neque simplici rogas. Nam scire debes eum, qui præstaturus hoc sit, & insidiatorem esse oportere, & mentis occultatorem suæ, & fraudulentum & veteratorem, & furem & raptorem, & quâvis in re hoste superiorem. Ac etiam post prælium secundum, Fortunâ rectè uti, prudentis Politici esse censetur. Cominæus. *lib.* 8. *cap.* 6. *fol.* 748.

Tandem

Tandem aleæ Duelli committere belli eventum, ridiculum ferè, non solùm periculi plenum est. Machiavell. *disput. lib. 1. cap. 22. & seq.* Sed de mirabili Duello Caroli Magni, vide Cornel. Kempium, *de Frisia lib. 3. cap. 13. fol. m. 265.* ubi scribit: Carolum Magnum Imperatorem, & Radbodum, Frisiæ Regem, cepisse certamen; eâ lege & conditione, ut si Radbodus vincat, libera à Carolo esset Frisia, & vectigalium concedatur Frisiis immunitas: Si victor fuerit Carolus, ei subjecta Frisia esset, & tributa ei solverentur. Et si quis hanc acceptare recusetconditionem, is pro victo & imbelli homine haberetur. Itaque tale Duellum exstitit ab iis ordinatum, quo scilicet ipsi Principes, Radbodus Rex, & Carolus, uno loco sese sisterent, stando: & quicunque ipsorum alium vinceret diutiùs stando, ita ut ad terram se non inclinaret, penes eum consisteret palma, & esse deberet Frisonicæ gentis Dominus. Sed hæc ex historiâ, fide minimè dignâ, desumpta videntur.

XIII. Addam & alia ad prælij ineundi, felicitérque finiendi rationem, quæ spectant. Sanè haut rarò etiam bestiæ feræ in auxilium cõtra hostes, adhibitæ fuerunt. Saraceni in Palæstinis expeditionibus, urnas, cui inerant serpentes, in nostros jacere consueverunt. Girard. *lib. 9. tom. 1. fol.* 775. Canes non stipatores solùm, & excubatores; sed quoque bellatores fuisse, Just. Lipsius probat. *cent. 1. ad Belgas. epist. 44. fol. m.* 44. & Val. Flaccus de Caspiis populis:

——— Claustrísque profusi
Caspiadæ, queis turba canum, non segnius acres
Exsilit ad lituos, pugnásque capessit heriles.

Pugnavit & Imperator Caracalla, contra Parthos, feris etiam bestiis in hostes immissis. Spartian. *in vitâ.* Lusitani in Insulis Terceris, bobus usi sunt, non infelici successu. Conestagius *lib.* 8. *fol.* 417. Monachus quidam Augustinianus, consilium hoc dedit, ut ante ordines militum præmitterentur satis multi boves; & stimulis, quantum fieri posset incitati, in Hispanorum aciem impellerentur. Secutus est Insulæ Gubernator hoc consilium, ex quo & salus Lusitanorum, & hostium interitus dependebat. Cùm à bobus ingens pulvis excitatus fuisset, Lusitani ab Hispanis conspici non poterant, & boves sclopetorum ictus excipientes, ordines Hispanorum perturbabant. Hispani, qui velitando cum oppidanis, globos & pulverem tormentarium insumpsissent, tantâ hominum multitudine irruente, ad littus & naves se recipere conati sunt, sed serò: nam Lusitani, qui armenta boum, veluti valli loco objecto, sine ullo damno appropinquârunt, cùm boves continuè stimularent, tanto illi impetu in Hispanos invecti fuerunt, ut acie disjectâ, cedere cogerentur. Sed cùm iteratò stratagema hoc tentare vellent Lusitani, elusum & frustratum

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1:Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [170] - 168

stratum id fuit. Sic enim Conestagius *lib.* 10. *fol.* 512. eâ de re scribit: Nocte ingruente, Insulares magnum numerum boum, quorum ultra mille coëgerant, constituerunt in hostes impellere, aciem adversam disjicere, & eodem planè stratagemate uti, quod ipsis satis feliciter bienno antè contra milites Petri Baldesij successerat. Verùm Scharteſius non probavit consilium: quinimò hoc pacto hostem carnis recentis copiam habiturum dixit: neque verisimile esse fore, ut quod contra sexcentos milites semel benè evenisset, statim contra exercitum duodecim milliũ eâdem cum felicitate succederet: & ita boves amandati fuerunt. Porrò Hispanici exercitus Præfectus, cum tot boves ab hostibus congregatos videret, dispositis in fronte exercitus Germanis hastatis, & relicto inter ordines certo intervallo, mandavit ut boves, si irruerunt, sine impedimento prætergredi sinerent. In prælio, quod Carolus Andegavensis, Neapoleos Rex, cum Conradino Sueviæ Duce commisit: Carolus Capitaneum quendam Regiis armis induit: eóque interfecto, cum Suevi reputarent verum Regem occisum esse, jam de victoriâ certi, palantes & incurij à Carolo oppugnati, oppressique fuerunt. Girard. *lib.* 11. *tom.* 1. *fol.* 971. Prælium qui init, cum milites adhûc ex itinere sunt lassi, vincitur plerunque. Ita censuit jam olim Paulus Æmilius. Plutarchus, *in ejus vitâ fol.* 475. Neque belli Dux animi promptitudinem, quam ipse habet; sed militum, equorúmque conditionem respicere debet. Cùm pedites ab equitibus oppugnantur, minimè consultum est, ut junctim displodant manuarias bombardas. *Ores que les gens à cheval viennent charger les gens de pied, ils se doyvent resoudre à ne tirer que partie de leur arquebuzerie: & garder tousjours l' autre partie iusques à l' extremité, ce que observant il sera difficile qu' ils soyent desfaicts sans tuer beaucoup de ennemis, lesquels n' osent enfoncer, voyant les arquebuziers affustez.* Monluc. *lib.* 1. *fol.* 48. Exercitus ex duodecim vel quindecim millibus qui constat, non vereatur: Si nil aliud sit quod impediat, pugnam committere cum alio, numeri duplò majoris. *I' ay apprins des Sages Capitaines, pour les avoir ouy discourir: qu' une armeé composé de douze à quinze mil hommes, est bastante d' en affronter une de trente mille. Car ce n' est pas le grand nombre qui vaine, c' est le bon coeur. Vn jour de bataille la moitié ne combat pas.* Monluc. *lib.* 2. *fol.* 78. Periculosè errat belli Dux, qui si hostilis exercitus, una atque altera legio cedat, eam ita fugientem sequatur, ut totus exercitus dissipetur. Quod Philopœmen observavit, ex eoque augurium victoriæ desumpsit. Plutarch. *in vita fol. m.* 709. Nec etiam dissipandi nostri ordines ideò sunt, quia hostis spoliat nostra impedimenta. Plutarchus, *in Alex. Magno. fol.* 173. Prælia quæ noctu committuntur, admodùm sunt periculosa: in iisque singulari

aliquo signo nostri sunt notandi: Id quod Anno Christi 1445. cum negligerent Turicenses, contra Suicenses bellum gerentes, magno damno semetipsos affecerunt; historiam Stumpfius habet, *lib. 6. cap.* 10. ubi ita scribit: Hans von Rechberg / Hauptmañ zu Zürich / fuhr mit zweyen Schiffen zu anfang der Nacht auß der Statt den See hinauff / das eine Schiff lendet zu Meylin / da wärmbten sich die Knecht / dann es war gar kalt. Das ander Schiff war fürgefahren / ob der Ow ans Land geruckt. Dieselben Knecht zogen durch Wedischwyler Gericht hinauff gegen der Schindellege / sie zogen ohn alle Ordnung zerstrewet hinauff / ein Rott nach der andern / vnd wusten nicht daß die von Schwytz vor handen waren. Dieselbigen stunden mit jhrem Paner in guter Ordnung neben dem Weg in einem Holtz / vnnd sahen die Züricher also zerstrewet bey dem Monschein / ohn alle Sorg fürziehen / deß sie sich verwunderten / vnd besorgten es were ein Betrug / vnd etwan ein verborgene Krafft darhinder. Deßhalb die Schwytzer nach gehabtem Rath / mit jhrer Ordnung an ein Ort auß dem Holtz loffen / durch die zerstreweten Züricher / vnd stiessens also vnversehnlich darnieder / was jhnen im Weg stund / vnd eylten darmit am andern Ort widerumb in das Holtz in die Finstere: wolten also sehen / was darauß werden wolt. Hiemit entstund ein Lermen vnter den Zürichern / die so weit hinfür gezogen waren / eylten widerumb hindersich dem Platz zu / da dieser Angriff geschehen war: dergleichen die so noch weit dahinden waren / eylten hinfür zum Angriff: vnd meint jedertheil / der ander der jhm entgegen liesse / were Feind. Darmit kamen also die Züricher selbst aneinander / schlugen einander ab dem Berg biß gen Wolrow / vnnd theten also einander vnbekandt grossen Schaden. Die von Schwytz hatten allein den Angriff gethan / vnd sich wider ins Holtz gemacht / vnnd loßten zu mit grossem verwundern / ehe die Züricher einander erkanten / hatten sie jhnen selbst grossen Schaden gethan. Idémque Stumpfius, *lib. 12. cap. 9. fol. 376. b.* (ex Eccardo, Monacho S. Galli) Helvetii cujusdam insigne refert stratagema, quo in prælio nocturno Hungari Anno Christi 938. Germaniam passim devastantes, territi, cæsique fuerunt. Damahl erhub sich ein Landman / im Frickthal wonhafft / genannt Hirmiger / der nicht allein an Gut wolhabend vnd mächtig / sondern auch von Hand vnnd Gemüht Großthätig was / der besamblet eylends im Land herumb ein hauffen der besten vnnd hertzhafftigsten Männer / mit welchen er in einer Nacht den Hungarischen Hauffen hie dißhalb Rheins / vnversehenlich vberfiel / vnnd schlugen sie bey nahe alle zu Todt / allein außgenommen / die so durch den Rhein schwimmende entrunnen / darinn jhrer aber wundervil ertruncken. Es hat auch Hirmiger allernächst darbey auff einem Berg

verordnet

verordnet etlich Landleut mit viel Fackeln/welche/so bald sie den Angriff vnd das Gefecht hörten/alsbald jhre Fackel anzündeten/die gaben einen schein biß in die ebne herab/darab die Vngarn noch mehr erschrecken/ꝛc.

Perfectio Ducis exercitus in eo consistit, ut ad prælium cogere possit hostem; non verò ab eodem ad pugnam cogi queat. Sicque cum Marius à Pompedio Silone, ad prælium provocaretur, fortitudinémque tanti Capitanei, qualis esse volebat, ostenderet aliquando: ei Marius respondit: Præbe tu documentum exercitati Ducis, mihíque decertandi impone necessitatem. Plutarchus *in Mario fol.* 835. Præclarè Tarduccius *in Turca vincibili fol.* 300. Perpendi, inquit, sæpiùs mecum, & examinavi pugnas celebriores, in quibus Christiani à Turcis victi, eas præcipuè quæ in Hungaria commissæ fuerunt, ubi (posthabitis causis, ob quas ad manus ventum fuit) quatuor præcipuos errores, & causas cladis nostræ me reperisse puto, qui necessariò in posterum, præcavendi & corrigendi sunt. Error (1) insignis videtur, si exiguæ copiæ prælio cum immensâ hostium multitudine confligant, (2) si nimio pugnæ fervore, & cupiditate hostem aggrediamur, (3) si milites ordines deserant, vel prædas agant, hoste nondum penitùs devicto, vel lucrata victoria, (4) si nimis diù hostem fugientem insequantur. Et hic idem *fol.* 356. scribit: Aciei perfectio in eo conspicitur, cum primis turmis secundæ justo tempore subsidio veniunt; & hos tertiæ deindè, in hunc usum reservatæ, excipiunt. Ac licèt in priori militum serie, nonnulli vacillent, & ad fugam inclinent, pedémque referre cogitent; fuga tamen plerunque in posteriori classe oritur, quibus firmiter persistentibus, priores resistere inviti etiam coguntur. Hinc constat præcipuum belli Ducis officium in eo positum esse, ut militum animos initiò pugnæ probè confirmet, quòd fortiter hosti resistant, vel saltem audaciam firmiter in hostem properando simulent, quod in ingenti exercitu maximum pondus ad victoriam habet. Ubi primus impetus feliciter cessit, posteriores animum recolligunt, adeóque roborant, ut prioribus cedentibus, illi horum loca supplere non dubitent; maximè ubi ad fortitudinem à Ducibus & Officiariis fuerint adhortati: qui semper hac in parte strenuè suo officio, turmas obequitando, & hostium pugnandi modum declarando, fungi debent, ne milites novitate aliquâ fortè perturbentur. Nō modò autem in primam seriem optimi & præstantissimi quivis militum & officiariorum collocandi; sed in ultimam quoque classem pars eorum reservanda: quo illi fortiter pugnando, reliquis exemplo suo præeant, hi verò timidioribus spem fugæ adimant. In Romanâ acie ut quisque videbatur fortior, eò magis in novissimum agmen reservabatur, primipilis exceptis, qui omnium strenuissimi erant. *Le desordre*

vient tousjours plus par la queue, que par la teſte. Monluc. *lib.* 1. *fol.* 52. *Vous ferez l' arrieregarde & aurez cinq cens combattans deſſous vous & vous tiendrez ſur aelle : mais je vouſy ordonne parce que vous eſtez unſage chevalier, & bien adviſez.* Froiſſart *rom.* 1. *cap.* 216.

XIV. Hoſti fugienti aureum pontem ſtruendum, nonnulli judicârunt, quorum opinioni repugnare videtur vulgò in bellis recepta regula: *Victoria utendum eſſe*, nec hoſti tempus, ad animum reſumendum, vireſque recolligendas, concedendum. Hæc duo ut concilientur invicem, fugæ diſtinctio facienda erit: vel enim hoſtis integras adhuc & incorruptas copias, armis probè inſtructas ſub ſignis reducit, & in tutum collocare tentat; vel aperta fuga deſertis ordinibus, & ſignis relictis, armiſque abjectis, tergum vertit: qui priores intercludere, viamq; illis præripere vellet, neceſſitatem pugnandi, & ſeſe defendendi imponeret; ſiquidem armati id facere poſſint. Non igitur impediendi, ſed evadendi commoditas libera eis eſt relinquenda. vide Tarduccium *fol.* 353. *&c.* Si cladem exercitui illatam Dux belli cognoſcit, non animum tamen deſpondere, ſed cautè extra periculum ſe ſubducere, & ut ſuos in tutum collocet, omnes inire rationes, ſe denique meliori Reipublicæ fortunæ præſervare debet. Varronis exemplo, qui fugâ ex Cannenſi clade elapſus, à ſenatu laudatus, ei gratiæ fuerunt actæ, quod de Reipublicæ ſtatu non deſperâſſet, ut Collega ejus. Nemo fruſtra deſperare debet, cùm neſciamus quâ viâ nos operiatur fortuna, quæ plerunque per vias inflexas & incognitas incedit. Semper meliora ſunt ſperanda in bello imprimis, ubi vis atque poteſtas ejus maximè adparet: Siquidem multi exercitus unâ ſolâ voce, vel falsâ quâdam ſpecie in fugam fuerũt conjecti; multi cum victi eſſent, denuo victores exſtiterunt. Turpiſſimum igitur eſt Duci, poſt res malè geſtas, quod ſupereſt per deſperationem negligere: cùm milites in latam fugam verſi ſunt, operadanda, ut eos in tutum, extra periculum collocet, eos certiores reddat, quò fugam capeſſere, & quibus viis incedere debeant; ut hoſtis, ſi copias ſuas dividere cogatur, ab inſequendo ceſſet: quod ſi ante fugam ſignificare non licet, in ipsâ fugâ id faciendum, miſſis nuntijs, ad tranſitus præcipuos, ubi neceſſariò tranſeundum eſt copiis fugientibus. Tutiſſimè in caſtra fuga inſtituitur, quæ in eum eventum ante pugnam muniri, & præſidio firmari ſolent. Reditus enim in Caſtra fugæ ſpeciem non habet, nec victos nos eſſe arguit. Tarduccius *fol.* 315. *&c.* De fugâ etiam plura habet Conzen, *lib.* 10. *polit. cap.* 48. *& ſeq.* Sæpè receptus, der Abzug / oder Auffbruch) ſpeciem habet fugæ, quique recipiunt ſe in tutiora loca, animo decertandi carent. *Communement gens qui ſe retirent, ne*

ſont

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [174] - 172

ſont couſtemiers à tenir bataille; ainſi que ſont ceux qui marchent en avant. Bellay *lib.*10.*fol.*1052. Quibus equi ſunt occiſi, caudis equinis commilitonum inniti debent. *Ceux qui avoyent perdu leurs chevaux, ſe tenans à la queue des autres, ſe ſauuerent ainſi.* Monluc. *lib.*1.*fol.*10. Et fugere haut eſt turpe, ſi ſalutis nullæ alia via patet. *En cecy les Capitaines pourront eſtre inſtruicts, de ne prendre jamais fuitte; ou, parler plus honneſtement, une haſtive retraicte, ſans avoir recogneu qui les doit chaſſer: & encore le voyant, cercher les remedes pour reſiſter, jusques à ce qu'ils n'y voyent plus ordre. Carapres que tout ce, que Dieu a mis aux hommes, y eſt employe; alors la fuite n'eſt pas honteuſe ny villaine. Mes Capitaines, mes Compagnons, croyez que ſi vous n'y employez le tout, chacun dira, & ceux mesmes, qui auront ſuy avecques vous: s'il euſt faict cecy, s'il euſt faict cela, le malheur ne fuſt point advenu, la choſe euſt mieux ſuccedé. Et tel en brave, & parle plus haut, qui fuit peut-eſtre le premier. Et voyla l'honneur d'un homme de bien (pour bien vaillant qu'il ſoit) en diſpute tout le monde.* Monluc. *lib.*1.*fol.*73. *& ſeq.* Et tandem haut præcipuum eſt, in arte militari: recipere ſe abſque fugâ: præſertim ſi hoc fiat in conſpectu hoſtis. vide Monluc *lib.*1.*fol.*51.*b.& 155.& ſeqq.* Guilielmus Conquæſtor, Anglorum ordines cum ſolvere nequiret, fugam ſimulavit: eoſque in perſequutione diſſipatos vicit. Girard. *lib.*6.*fol.*568.*tom.*1.

XV. Forma aciei (quæ haut exigua artis Imperatoriæ pars eſt. Plutarch. *in Philopœmen.fol.mihi.*714.) pro ratione circumſtantiarum, loci & hoſtis, diverſa ac varia eſt; & ita comparata eſſe debet, ut non tàm ad reſiſtendum, quàm ad redintegrandam aliquâ ex parte, ruptam aciem, accommoda ſit. Quâ de causâ Romanorum aciei diſpoſitio, cæteris omnibus præſtantior videtur Machiavello, *in comm.de re militari.* Alberic. Gentil. *de armis Romanor.fol.*247. Amirato 21. *cap.* 2. vid. Leon. *de apparatu bellico.c.*18. Lipſium. *lib.*16.*cap.*5. La Noue *in diſcurſib.* ac inprimis R. P. Adam Conzen. *lib.*10. *polit. cap.*30.37.40.42.43. De ratione, quam Julius Cæſar in prælijs obſervavit, vid. Sueton. *in ejus vita cap.*60. Romanum etiam morem, aliorum uſui præfert Tarduccius. *fol.* 326. Nonnulli putant hoſtem, uno agmine, in quo omnes militiæ vires ſint conjunctæ, excipiendum eſſe, tùm ut majori fortitudine ei reſiſtatur, tùm ne copiis diviſis debiliores ſingulæ exercitus partes reddantur, undè faciliùs vinci poſſint, tùm ut commodiùs laborantibus, vel fugatis cum integris copiis auxilio veniatur. Quod poſt cladem milites eâ animi fortitudine & virtute, quam ante amiſſos ſocios, nunquam in acie perſiſtent.

Tùm quòd sæpiùs milites tanto furore adversarios adgrediantur, ut eorum quoq; ordines rumpant, qui succurrere & auxilio venire prioribus jam victis, designati erant. Non igitur plures acies ordinandas, sed in unum agmen omnem vim militarem conferendam existimant, quo cum omnibus viribus belli alea & fortuna tentetur, nec cum parte quadam, exercitus totus in discrimen adducatur. Hac ratione phalangem Macedonicam constitutam dicunt, qua Philippus & Alexander, tot victorias illustrissimas acquisiverunt. Sed phalangi Livius Legionem Romanam longè præponit. Utraque firmiter ordines servabat, phalanx tamen (in qua lanceati pugnabant) immobilis erat, & uno eodémque armorum & hominum genere constabat. Legio Romana magis erat distincta, & ex pluribus partibus composita, faciliùs etiam dividebatur, & commodiùs primum in locum redibat, & in unum corpus coibat. Alibi dicit, Romanos conformem Macedonicæ phalangi quondam aciem habuisse, eam tamen posteà immutatam & emendatam fuisse. Probatur igitur aciei in plura agmina & distincta armorum genera distributio, à Romanis quondam observata: licèt ea nostræ militiæ disciplina sit, ut cohors fugiens ab altera, quæ laborantibus auxilio venire cogitat, commodè excipi & à fuga retrahi nequeat, siquidem mercenariis plerunque, & novitiis atque tyronibus exercitus constent, qui ordines dextrè observare ignorant: sed quo confusiones & turbæ evitentur, à latere auxilium est ferèdum; unde fieri nequit, ut eâdem fronte acies instituatur, sed in multa agmina distribuenda est, tanto intervallo invicem disposita, ut subsidiarij facilem aditum & ingressum habeãt, &c. quem eundem Tarduccium etiam consule *foliis subseqq. aliquot.* Quæritur item quæ arma in mediam aciem, quæ in cornua & alas sint rejicienda, quâ in re pro loci & situs ratione, ac commoditate diversa stratagemata adhibentur, & pars principalis exercitus variè distribuitur. Peditatus militiæ nervus præcipuus sæpiùs in cornua: equitatus verò in mediam aciem ponitur, eáque distributio, tum in lateribus variari & immutari solet: Una tamen penes omnes certa constat regula; gravioris armaturæ militem, in quo vis & robur præcipuum ad oppugnandum hostem consistit, in mediam aciem disponendum, quod ibidem hostibus plus quàm alibi nocere possit, quòd munitus sit à latere, ubi pedites plus quàm alibi ab equitatu sibi timent. Quæ verba sunt jam sæpiùs laudati Tarduccij, *fol. 333.* qui idem *folio 359. &c.* docet: quomodo aciei tergum & latera sint munienda. Olim apud Francicos & Germanicos Imperatores, nationes quædam, ex privilegio, primam aciem constituebant. Damals haben die Alemannier/ Schwaben vnnd Oberländer/ den Vorzug gehabt/ auß krafft jhrer alten Gewonheit/ auch eines

eines Privilegij, ihnen von Carolo Magno gegeben. Stumpf. 4. *cap.* 42. & 6. *cap.* 19. sub Anno 1354. & *lib. ult. cap.* 3. Sed hæ de loco concertationes, sæpè rebus obsunt. Quod & Aristides olim animadvertit: qui non præter rationem reputavit, locum non dare, neque adimere virtutem. Plutarch. *in vita. fol.* 635. & 638.

XVI. Prælium navale, de quo vid. Conzen. *lib.* 10. *cap.* 50. isto genere differt à terrestri: idque suo cum damno expertus est Philopœmen. Plutarchus, *in vita. fol.* 714. Aliter equi, aliter naves gubernātur. Girard. *lib.* 4. *tom.* 1. *fol.* 144. Et ut maris intempestas est incerta, ita & navalium pugnarum. *Vous savez combien sont incertains & mal asseurez les desseings, qui sont fondez au fait de la Mer.* Bellay *lib.* 7. *fol.* 681. Magis etiam crudelia sunt navalia bella: ac interdum pyrius pulvis incendi solet: ut victi non pereant inulti. Bellay. *lib.* 1. *fol.* 10. Præstat equidem terrestri exercitu, prævalere: cùm navibus ad mediterranea neque at penetrari, neque ideò magnum Imperium acquiri. Paruta *lib.* 2. *discurs.* 1. *fol. m.* 278. & *seq.* Sed tamen non potens satis est, qui non naves habet, præsertim si regnum ejus adjaceat mari. Andronicus Imperator, Græcus, primus constituit, nullam ampliùs classem in procinctu habere atque conservare, ut sumptibus parceret. Undè Turcæ sibi jam undique mare patere intelligentes, triremes ædificare, Insulas, maximo Christianorum detrimento percurrere, atque devastare cœperunt: cujus rei culpa solis Græcis imputanda, quemadmodum ipsorummet scriptores cum tædio commemorant. Tarduccius, *fol.* 205. qui idem *fol.* 278. scribit: Classe Turcicâ, post expugnatam Cypri Insulam profligatâ atque destructâ, & maximo rerum maritimarum apparatu amisso, adeò Selimus II. animum à belli maritimi studio subduxit, ut à navigatione & mare protinùs abstinere, secum statuerit: secùs ac fecerunt majores ipsius, qui incrementi & authoritatis spem non minimam, in re maritimâ posuerant; cùm Græci, ut sumptibus parcerét, ejus Imperium sprevissent & neglexissent. Sed porrò magna differentia est inter naves: Triremes, cùm non sint altæ, minùs expositæ sunt ictibus majorum bombardarum. Langeij *lib.* 10. *fol.* 1147. ex navibus etiam triremes omnium celerrimæ existunt. Conestag. *lib.* 10. *fol.* 503. sed alia incommoda habent. Et etiam tàm fluminibus, quàm mari, ad loci naturam, navigia accommodari debent. Bellonus *lib.* 2. *cap.* 30. Naves etiam ex recens secta materia, & ligno modò cæso ædificatæ, ad navigationem inutiles sunt. Prælia etiam & ratio belli maritimi gerendi, nunc planè immutata, & majori non solùm geritur cum dexteritate; sed & naves etiam sunt majores & magis instructæ. Etenim naves, quibus Athenienses Themistocles imposuit, octodecim tantùm milites capiebant. Plutarch.

tarch. *in Themistocle. fol. m.226.* Sed tamen Hiero Siracusarum Tyrannus, admirandum navigium dicitur construxisse: quod cùm magnitudine ipsâ, tùm exactâ corporis pulchritudine omnes ante se constructas naves longè superare perhibetur; Moscion quidam, nomine præstanti vir ingenio & eruditione, Athenæo referente, peculiariter etiam edito volumine perscripsisse dicitur: ad cujus structuram fabricæ, quam integro consummatum ferunt anno: cum tamen nusquam pauciores quingentis assiduo semper in opere versarentur homines. Cæterùm hanc posteà, ut ajunt, navem frumento onustam, cum annonæ vexaretur caritate Ægyptus, Alexandriam misit, eámque ut erat, Ptolomæo Regi dono dedisse dicitur: quam cum Archimelus quidam ex Atticis Poetis, Epigrammaton scriptor vidisset, & illam versibus concelebrasset suis, Hieronisque liberalitatem & magnificentiam, satis lepido prosequutus fuisset Epigrammate, illum Hiero mille postea tritici modiis Atticis munificè donasse perhibetur, quem propriis etiam impensis, ut ii Athenas deveherentur curasse, planè autumant. Leonicus Thomæus *lib.3. cap.21. de varia historia.* Etiam triremium aliquot, maximæ molis, mētionem facit. Plutarch. *in Demetrio fol.636. &c.* Mago etiam naves 150. in Siciliam adduxit, iisque sexaginta millia militum transduxit. Plutarchus *in Timoleon. fol. 516.* Et etiam qui boni milites in terrâ, non censentur apti ad prælium navale, & è contra. Plutarchus *in Dione fol. 794.*

XVII. Quæstio est anxiè inter Politicos agitata: utrum Monarcha seu summus Princeps, aut Rex, si sit belli tempus, ipse præliis interesse, & in exercitu, acieque debeat stare? vide Michel. de Montaigne. *lib.2. des essais. cap.21.* Danæum. *lib.7. polit.4.* Lipsium. *lib.5. polit.14.* Bodin. *5. de Republ. num.572.* Hippolit. à Collib. *in Princip. cap.3.* Jun. *quæst. polit.72.* Gerard. *decad.7. quæst.4.* Conzen. *lib.10. cap.23.* Althus. *cap.36. fol.610.* Botero *de detti fol.33.b.* Certè Petrus Mathæus, *hist. de France lib.1. fol.m.109.* censet; Philippum II. Regem Hispaniarum, eâ solùm de causâ, Belgico bello finem facere haut potuisse, quod non ipse adfuerit præsens. *Le seul moyen, d'en retrancher la longueur, & de ne laisser hereditaires à sa maison, estoit d'y venir en personne, & au commencement.* Cæsari in Pharsalico bello victoriam peperit, non præsentia solùm, sed & quod ipse hostes fuerit aggressus. Appianus *de Civilib bell. lib.2.* Incumbente Cæsare, cùm exercitus pavore correptus, trepidaret, pavori quoque desidia admixta fuisset; Cæsar porrectis ad Cælum manibus, Deos omnes invocare, & ne unico prælio, multa & splendida eius gesta deturparent, cepit deprecari. Milites quoque discurrens, nominatim appellabat; casside præterea ademptâ, vultum eius inspicere cogebat. Illi verò nec hoc quidem modo à timore cessavêre, donec

donec Cæsar unius clypeo arrepto, Duces circumsidentes in hunc modum affatus est : Erit hic mihi vitæ finis, vobis autem rei militaris dies ultima. Quibus dictis ex acie procurrens, sic hostes propulit, ut per decem pedum spacium loco cederent, ducentáque ad illum tela jacerentur, quorum partem evitaret, partem clypeo exciperet. Eâ ex causâ cæteri accurrentes ante illum constiterunt, & exercitus omnis impetu evectus, per universam diem depugnavit, nunc impellens, nunc repulsus, victus, victórque per partes, quoúsque in vesperam tandem victoriâ potitus est. Gunther *in Ligurino. lib.4. vers.288.*

—— *Audaci pudor sub Rege timere.*

Certè ita acquiescit Principi suo vulgus, ut eo præsente, nil ferè sibi usquam metuat mali, ne in summâ quidem calamitate. Cl. Dn. Ian. Gruterus, fautor meus, *in commentar. ad loca Taciti part. 2. à princ.* Sanè quemadmodum, ubi,

—— *Pater Superum prospexit ab æthere terras;*
Ecce viget, quodcúnque videt. Mundum reparasse
Adspexisse fuit, solus fovet omnia nutus.

Sidon in Avitum. Sic Regibus præsentibus, similiter omne, statim

—— *Quicquid voluêre peractum est.*

Háncque vulgi æstimationem item expressè produxit, Ammianus in Juliano, appropinquante Viennæ *lib. 15.* Communium remedium ærumnarum in ejus locabat adventu : salutarem quendam genium adfulsisse acclamans, nec sequiùs arbitrata. Minúsque habet adulationis quàm primo videtur aspectu, versus in Augustum Horatij, *lib.4. Odâ.5.*

Lucem redde tuæ Dux bone Patriæ.
Instar veris enim vultus ubi tuus
Adfulsit; populo gratior it dies
Et soles melius nitent &c.

Extat apud Conestagium *lib. 5. fol.252.* disputatio, notatu digna, an Lusitanicæ expeditioni debeat interesse Rex ipse? Et præter rationes vulgares, quibus uti solent ij, qui adfirmant, Reges ipsos expeditionibus inter esse debere, adducebantur etiam quædam peculiares, quæ suadere videbantur necessitatem flagitare, ut Rex ipse omninò huic exercitui præesset. Dicebant tria esse, quæ requiruntur in expeditione, cui Principem ipsum interesse] conveniat: nimirùm rei, propter quam arma capiuntur, pondus ac magnitudinem : spem felicis successus, & belli perministrum conficiendi difficultatem. Omnia autem hæc tria in ista expeditione manifestò concurrere.

Litem n. esse de Regno maximi momenti, divite, alijs ditionibus Re-

gis contermino, capite multarum locupletissimarum provinciarum, quarum fines amplificari facilè posse viderentur. Spem victoriæ esse tàm certam, quàm, humanitùs loquendo, certa esse posset, tùm bonitatis causæ, & virium respectu, tùm etiam propter hostium imbecillitatem. Difficultatem expeditionis ministri operâ conficiendæ esse non exiguam, & huic casui maximè propriam, neque enim Regem intraturũ in Lusitaniam, ut Civitates, & Castella occupet, sed potiùs ut animos hominum sibi devinciat, neque, ut victorem se gerat, sed ut Principem legitimum, cujus est venire viribus instructum ad reprimendas mutationes, quæ in regnis recens acquisitis nasci solent, ut etiam se facturũ significasset gubernatoribus & ordinibus Regni. Has verò partes, tanquam summè arduas, non posse rectè committi, nisi filio primogenito: reliquis verò filiis & nepotibus non item: quantò minùs duci exercitus, natione Hispano, & partim naturâ imperioso, partim gravissimarum rerum, quas tractaverat, usu exasperato, & Lusitanis inprimis exoso. Dicebant certissimum esse, si Rex ipse in regnum ingrederetur, ex amicis subditos fidelissimos, & ex iis, qui neutram partem antè secuti essent, amicos facturum: Albanũ è contrario amicos in neutrales, neutrales in inimicos, & inimicos in perduelles mutaturum. His & aliis rationibus fulciebant opinionem suam ij, qui in hac expeditione Regis præsentiã omninò necessariam esse contendebant. Et sunt vicissim, qui dicunt, regulariter non debere præliis interesse Regem. Cùm hoc nihil aliud sit, quàm totam simul in discrimen Rempublicam vocare. 2. Samuel. *cap. 18. vers. 3. & cap. 21. vers. 17.* Magnam utilitatem adfert Principis præsentia, sed periculum adhùc est majus. In milite enim sors est unius; in Imperatore universorum. Facius *axiomat. bell. 23.* Adde Machiavellum *disput. 3. cap. 10.* Richter *axiomat. histor. 64. & 273.* Canonhiero *del introduzz. 8. cap. 18.* Cominæ. *lib. 1. cap. 4. fol. 33.* eleg. du Bartas, *en la cantique de la Victoir. d'Yvry. ad fin.*

—— N'expose, ô grand Monarque
En proye si souvent ton beau sang à la parque,
Sois chiche de ta vie, & croy que nostre bien
Se tourne seulement dessus les gonds du tien.

Et quæ damna Regis subsequantur captivitatem, historiæ omniũ temporum abundè testantur. Cominæus, *lib. 5. cap. ult. fol. m. 481.* Veruntamen, qui fortunæ pulli, in spe, non in re Regnum habent; præsentes concertationibus esse solent. Suetonius *in Cæsar. cap. 62. 63. & 64.* Annè ergò distinguendum est, inter eum Principem, qui Imperium jam firmatum habet, aut jam illud satagit acquirere vel firmare. Aut verò ita censere licet, bello Principem regulariter interesse, non autem prælij

alea

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1 Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [180] - 178

aleæ ancipiti ſe exponere debere? In extremo etiam periculo, ubi omnia ſunt tentanda, & fortunæ alea unâ vice experienda; Principes nō præli is obeſſe ſolent. Sicq; Fredegundis, infantem Regem intulit prælio, ut ſui animarentur. Lehman. *lib.3.cap.7.*

XVIII. Unicum debere exercitui Imperatorem præfici, haut plures; inter omnes conſtat. Machiavellus, *3.commentar.15.* Richter, *axiomat. hiſtor.152.* Regemorterus. *fol.291.* Ac ſi per belli Ducem, Princeps aliquis bellum gerere velit: is unus, haut plures eſſe debent. Loys Guyon *tom.3.des diverſ.leçons lib.2.cap.26.*

Πολλοὶ στρατηγοὶ Καρίαν ἀπώλεσαν.
Multi Duces deperdidêre Cariam.

Porrò autem belli Ducis officium, paucis comprehendunt verbis Gallicum dicunt: *En la celerité, & la vigilance, conſiſte toute l'art de la guerre.* Dux item belli, milites noſcere: Piccart *decad.7.cap.8.* nec item militibus odioſus eſſe debet. Richter. *axiomat. hiſtor.18.* Diſquiri pariter ſolet: plúsne præſtare poſſit egregius Imperator, cum exercitu infirmo; an verò egregius exercitus, ſub inepto Duce? vid. Machiavell. *diſputat. lib.3.cap.13.* Plus ferè putatur in Duce, quàm in exercitu ſitum eſſe. Richter *axiomat.hiſtor.266.* Huic verò, anné libera adminiſtrandi belli ſit facienda poteſtas? controverſia eſt maximè controverſa. vid. Machiavell. *2.comment.cap.ult.* Illuſtrem Enenckel. *2. de privileg. milit.3. fol.74.* Amirato *15.cap.6.* Sanè Veneti, Belgæ, & populi alij, aliter qui faciunt; magis metuunt Tyrannidem internam, quàm hoſtem externū: & cumprimis hoc inſtitutum haut eſt negligendum, cives quando exiſtunt imbelles. Romæ periculum nō tam facilè metuendum erat, quòd externo milite nunquam utebantur. Non prodeſt hoc amplicationi, ſed ſecuritati. Quin & (declinante Imperio Romano) Cæſar hoc modo factus eſt Monarcha; auxilio ſcilicet militum, quos ſibi devinxerat: quod facere nequiviſſet, ſi Inſpectores circa ſe ſemper habuiſſet. *Suet: in Cæſare cap.24.* Tales inſtructiones ægrè etiam tulit Lynceſter. Meteranus **vom Niederländiſchen Krieg.** *lib.13.fol.504.* Et Marchionis cujusdam apophthegma refert Boterus, *de detti fol.44.* qui de Principe quodam, bellico ſuo Legato injungente, ut prælium non ineat, ſed tamen regionem defendat, dixit: *Che queſte era un dar gli autorità di poter eſſer vinto, ma non vincere.*

XIX. Curam demùm valetudinis exercitus ſui, belli Dux habere debet: Præclarè apud Xenophonten *Inſtit.1. lib.1. fol.29.* Cyrus. De bona valetudine, quod audirem & viderem, tùm civitates eas, quæ hujus indigent, medicos adſciſcere, tùm Imperatores ad uſum militum Medicos ſecum ſumere perſuaſum eſt: itidem mihi poſtquàm munus

hoc mandatum fuit: statim hæc animo cura insedit: & existimo equidem, mi pater, ait, viros me artis medicæ admodùm gnaros mecum habere. Ad quæ Pater: Hi verò Medici, de quibus tu fili loqueris, inquit, quemadmodum sunt vestium laceratarum sarcinatores quidam, ita & ipsi hominibus medentur, postquàm in morbos inciderunt. At tua valetudinis bonæ cura præclarior erit, qui operam dabis, ne prorsùs in morbos exercitus incidat. Et quánam viâ, mi Pater, incedens, inquit, hoc præstare potero? Nimirùm si diutiùs eodem loco sis mansurus, primùm negligendum tibi non erit, ut castra in regione salubri loces: quod quidem facilè adsequeris, si curæ tibi fuerit. Quippe nunquam homines loqui desinunt tàm de morbiferis, quàm salubribus locis. Utrisque testes adsunt evidentes, nimirùm ipsa corpora, & ipsi colores. Deindè regiones considerari non satis est, sed in memoriam tibi revocare debes, quo pacto studeas ipse tuimet curam gerere, quo rectè valeas. Et Cyrus, Primùm operam do, inquit, ne unquam nimium me repleam, quùm id gravare soleat. Deindè quæ ingesta sunt, laborando digero: quâre fieri equidem existimo, ut & valetudine bonâ diutiùs utar, & robur aliquod etiam mihi accedat. Eadem ergò cura, respondit Pater, & aliis erit adhibenda. Num verò, subjecit Cyrus, otium militibus suppetet, mi Pater, ad exercenda corpora? Immò, inquit, non otium erit modò, sed etiam necessitas id postulabit. Nam exercitus, qui officium facturus sit, nunquam desinat necesse est, vel hostibus detrimenta, vel sibi commoda quædam adferre. Difficile est enim, fili, vel unum hominem otiosum alere: multò etiam difficiliùs, familiam totam: omnium verò difficillimum, exercitum alere otiosum. Plurima sunt enim in exercitu, quæ pascuntur, & à minimis initium faciundo, quæ nancta fuerint, largissimè prodigunt. Idcircò nunquam exercitum convenit esse otiosum. Dicis tu mi Pater, inquit, ut mihi quidem videtur, perindè ac iners agricola nulli usui sit, ita & Imperatorem otiosum ac desidem nulli esse usui. At Imperatorem industriũ polliceor equidem, ait, nisi quis Deus obstet, id perfecturum, ut rebus necessariis milites abundent, & eorum corpora quàm optimè adfecta sint. Ac scripsit etiam de regimine belligerantium tractatum singularem, Arnoldus de Villa nova, qui extat, *in operib. ejusdem. fol. m. 129* ac quoque Raimundus Münderer, edidit Medicinam militarem, Kriegsarzney/ Augustæ semel atque iterùm impressam. Paucis diætam militarem comprehendit Adam Junghausen von der Oßnitz/ in seiner Kriegsordnung/ *in præfatione ad Lectorem*, ubi ita scribit: So ein Kriegsman in frembde Lande kompt/ vnd allerley seltzame Kost essen muß/ der er nit gewohnt ist/ vnd besorget er werde ein Kranckheit vberkommen/ weil es

nicht

nicht nach seiner Landsart zugerichtet ist / darzu offt zu vnzeiten bekomt / vnd Hungers halben solche vngewohnliche Speise essen muß: So thue er ein ding / vnd esse zu allen dingen wol Brot darzu / vnnd gewehne sich nicht in viel vnnd offtmals essen einen Tag / noch vberley sauffen / dann es ist besser messig Essen vnnd Trincken / vnnd Gesund leben / dann daß man alle Tag den Bauch vollfüllet / wie einen Pfeiffensack / vnnd auß Hungrigkeit fressen / was einem schädlich ist / welches hernach Kranckheit vnd wol gar den Todt bringet. Vnd ein Kerl / dem sonst leichtlich eckelt für einem Ding / der mag sein sonderlich warnemmen / dann es ist ein grosser vnterscheid / zwischen den Menschen mit der Speise / mancher gewohnt frembder Speise bald / vnd gedeyet jhm wol / Ich glaub / wann er faul Holtz vnd alt Schuhsolen esse / er würde fett darvon / gleich als ein Schwein / das allen Vnrath vnd seltzam Zeug frist / darumb thut ein Kriegsman weißlich / daß er jhm die Kost selbst nach seinem gefallen zurichte / vnd recht gahr mache / wol salze vnnd mit Würtz bereite / wa ers haben kan. Vnd wenn es gleich Pferdefleisch / oder sonst vngewohnlich ding ist / wann es wol gekochet ist / so schadet es keinem Menschen. Auch hüte sich ein jeder vor eytel frischem Fleisch zuessen; dann dürr Fleisch ist allezeit gesünder / sonderlich wo man keinen Wein hat / der die Kost verzehret: doch soll man nicht Wein trincken / auch rechte masse halten. Wein nach lust getruncken / ist sehr gesund / aber vberfluß / ist der bitter Todt / darumb ist kein besser Ordinantz / dann daß einer nicht mehr esse vnd trincke / als die Nothurfft erfordert.

CAP. IX. & Ultimum.

De Victoria.

SED & de Victoria, victísque aliquid est dicendum. Conzen. *lib. 10. cap. 61. & 62.* Politicum item fertur axioma, prodesse Duci, si aliquando fuerit victus. La Noüe *in discurs.* Sic & judicat Plutarchus *in Paul. Aemil fol. 464.* Exercitum Philippi Macedonum Regis, ipsa fugâ fuisse redditum magis bellicosum. Quod & idem de Carthaginensibus pronunciavit Marcus Cato, apud Plutarch. *in vitâ ad fin.* eos nempe victos, non animum amisisse, virésque, sed imprudentiam & negligentiam, ob quam antè fuerint victi.

II. At verò moderatè, & prudenter victoriâ uti, sæpè difficilius est, quàm vincere hostem. Sæpéque victores semetipsos perdunt, cùm insolenter & injuriosè victoriâ utuntur. Plutarchus *in Arato fol. m.*

(in versione Gallicanâ, quâ usus sum) 892. Et id fieri etiam hanc ob causam debet, ut fortunam reverenter habeamus. Plutarch. *in Paul. Æmil. fol.* 486. Spartacus etiam ideò eversus est, quod vicit, ob victoriámque milites ejus insolentiores & minùs obedientes redditi fuerũt. Plutarch. *in M. Crasso fol.* 1088. Maximè sua constat ratio, Onosandri dicto? posteaquàm autem omnia feliciter, & ex animi sententiâ cesserint, fine bellicis negotiis imposito, caveat Imperator, ne ob res secundas elatior aut gravior videatur; sed placidus sit ac benignus, néve fastum minaci truculento vultu præ se ferat; sed civilem atque amabilem benevolentiam comiter omnibus exhibeat. Illa enim invidiam ac livorem gignunt, ista æmulum amorem conciliant. Certè non ita facilè sibi moderari homines, in rebus ad votum adfluentibus, testatur Diodorus Siculus, *lib. 18. Biblioth.* Plerique omnes, fortunâ aspirante felicem rerum suarum exitum nacti, inflantur, insolescunt, ac per superbiam humanos & communes casus parùm considerant. Indéq; non pauci conspiciuntur, secundam fortunam, non secus ac gravissimum onus, minùs commodè sustinere. Et porrò subducenda ex oculis omnia esse, quæ victis dolori essent, non semel scriptores rerum monuerunt. vid. Cl. Dn. Gruterum, *sæpe dict. part. 2. fol.* 13. *&c.* Hincque Romani non in victoriâ civili, triumphârunt ullo modo. Non quòd tristis, & cum jacturâ Reipublicæ illa semper juncta esset: sed ne odium & factiones exacerbarentur. Victoriâ dextrè uti, prudentis maximè Ducis est:

Vince Hannibal, & non seppe usar poi
Ben la vittoriosa sua ventura.

Quidam etiam vincere, sed prosequi victoriam non sciunt: quod de Gallis dici solet Monluc. *lib. 2. fol.* 92. Adde Montaigne *des essais lib. 1. cap.* 45. *à princip.* In eóque jam olim erraverunt Celtæ, Romam obsidentes. Plutarchus, *in Camillo fol.* 263. Haut victoria est, quæ non finem imponat bello; sed hostem tantùm urgeat irritatæ necessitatis morsu. vid. Montaigne. *lib. 1. des essais. chapitre.* 47. Victi porrò hostes, honorificè sunt sepeliendi: ut dixi in *tr. de Sepultura.* & Alphonsus Neapoleos Rex, hîc magnatibus præit laudabili exemplo. Anton. Panormita, *in dictis Alphonsi. lib. 1. num.* 14. De bello, quod contra Henricum IV. Imperator gessit Rudolphus, Sueviæ Dux, ubi etiam ipse occisus fuit, ita scribit Stumpfius *lib. 4. cap.* 44. *fol.* 316. *b.* Rudolphus ward zu Merspurg bey Leypsig gar Fürstlich bestattet/ auß Befelch vnd Verordnung Keyser Heinrichs/ vnnd als etliche Diener daran verdruß hatten/ in Meinung/ der Keyser hette wol solchen Pomp vnnd Kosten ersparet/ an der Begräbnuß seines Feinds: da antwort der Keyser: Lieben Freund/ lasset es recht geschehen/ Ich wolte daß alle meine Feind so zierlich begraben we-

ben weren. Et adhuc Hercules & Theseus laudem habent, quòd hostes à se occisos, sepelierunt. Plutarch. *in Theseo fol.* 18. Nec item in corpora mortua est sæviendum: meritóque Guilielmus Nortmanniæ Dux, Angliæ Conquæstor, eâdem pœnâ dignum reputavit militem, qui inimicum mortuum lædit; quàm qui adhuc vivum fugit. Girard. *lib.* 6. *fol.* 569. *tom.* 1. Et etiam vetustissima Græcorum fuit consuetudo; ut qui petit suos sepeliri, victum se eo ipso fateatur. Plutarch. *in Nicia fol.* 1044. Helvetij, ita exigente consuetudine veteratâ, bleiben drey Tag auff der Wahlstatt liegen/wann sie den Sieg erhalten. Stumpfius *lib.* 10. *c. ult.* Sæpè etiam dubia victoria est; & utraque pars se vicisse profitetur: sic nostrates à Turcis ad Agream, vor Erlaw/ fateri nolunt se fuisse victos. Soranzius *cap.* 66. Et inter Superiorem ac Victorem, Tarduccius, *fol.* 214. differentiam facit. Sic etiam barbarum est, omnia vastare. Et optimè quidam ad Aratum, Tyrannis, non eorum imaginibus bellum esse inferendum. Plutarch. *in Arato. fol.* 877. Ac ideò, qui hodiè sanctorum imagines, historiásque sacras destruunt, barbaris minùs sunt humani; & ipsos sanctos, omniáque sacra se odisse, sat supérque demonstrant. Etiam Turcæ in arcibus & civitatibus victis, nil demoliuntur. Bellonus *lib.* 2. *cap.* 13.

III. Omnis victoria à Deo est, qui tamen prudentiâ fortitudinéque humanâ, instrumenti loco uti subindè solet. Accensa est ira Jehovæ in Israëlem, ut traderet eos in manum diripientium, deditque eos in manum inimicorum eorum circumquaque, adeò ut non possint ampliùs consistere ante inimicos suos, quocunque egrediebantur, manus Jehovæ erat contra eos in malum. Judic. *cap.* 2. *v.* 14. *&c. & vers. ult.* adde etiam Iudic. *cap.* 3. *cap.* 6. *cap.* 7. *& cap.* 8.

Nunc de Iure Victoriæ elegantem, nec ubivis obviam Dn. Conradi Ritterhusij dissertationem, cùm non adeò prolixa sit, subjungam.

I. Cicero, *Verrina.* 3. hoc Ius Imperatorium appellat, procul dubio ex eo, quod Duces belli partâ aliquâ de hostibus victoriâ militum acclamatione Imperatores salutari consuevissent.

II. Hoc Ius perperàm nobis facere videntur, qui totum in arbitrio & potestate victoris ponunt, ut justum sit, quicquid illi statuere collibuerit in victos. Licentia hæc est & barbaries, ac feritas mera, non Ius. Itaque non placent nobis Menippi, apud Livium *lib.* 23. verba, Legati Antiochi, qui victoris jus atque arbitrium esse dicebat, quicquid vellet de victis statuendi.

III. Est etiam victoris leges dare, victi accipere, sed ratio tamen in omnibus, & moderatio quædam adhibenda est: Sæpè etiam victoribus

bus considerandum, non tàm quid victos pati, quàm quid ipsos facere & statuere deceat. Ita enim Polybius *lib.* 12. Viri prudentes & cordati, quando hostes volunt ulcisci, nequaquam illud primùm considerant, quid ille dignus sit pati, quo cum illis res est, sed illud potiùs, quid sibi facere conveniat.

IV. Exemplum alibi *lib.* 15. sistit Scipionem, quem ait diligenter secum considerâsse, non tàm quid digni essent pati Carthaginienses, quàm Romanis quod facere conveniret. Et D. Chrysostomus hanc in rem eleganter, *lib.* 15. ὁ γὰρ ἐσκόπει ὁ Δαβὶδ, τι παθεῖν ἐκεῖνος ἄξιος ἦν, ἀλλ' ἐσκόπει, τι χὴ ποιῆσαι χὴ εἰπεῖν τιαυτῳ πρέπον ἦν.

V. Rationem autem hujus moderationis ab eodem Polybio petamus, sed contractioribus paulò verbis: Qui bellum, inquit, gerunt, finem sibi statuunt, si sapiunt, non Victoriam ipsam, & ut Imperio suo cuncta subjiciant, sed jucundum aliquod, vel honestum vel utile, quod ex victoria sequi videtur.

VI. Vidit hoc, & eo quidem amplius Augustissimus Imperator olim, Divus Carolus V. qui Antonio Levæ, aliisque Ducibus Iulij Cæsaris & Alexandri exempla laudantibus, neque uti scire Carolum suis victorijs ad potentiæ & magnitudinis incrementum adferentibus, & quærentibus, gravissimè in hæc verba respondit: Alexandro & Iulio solum Honorem & Gloriam fuisse propositam pro scopo, sibi verò & omnibus Christianis Principibus ad honorem sic respiciendum & gloriam, ne dum illam aucupentur, animæ salutem deperdant: Victoriâ proindè sic utendum, ut Deo quoque actionum suarum rationem reddere possint.

VII. Sed videlicèt nimis verum est, quod Hasdrubal Hœdus Carthaginiensium Legatus, apud Livium *lib.* 30. ait: Rarò simul hominibus bonam fortunam, bonámque mentem dari: rectéque adeò Cicero, *lib.* 4. *Epistol.* 3. *ad Famil.* licèt omnia misera sint in bellis, miserius tamen nihil esse ipsâ victoriâ, quæ etiamsi ad meliores venit, tamen eos ipsos ferociores, impotentiorésque reddit, ut, etiamsi tales naturâ non sint, necessitatem tamen penè tales esse cogantur.

VIII. Itaque dispiciendum, quousque jura bellicæ victoriæ extendantur, & quæ circa illa observanda, quod ut rectiùs à nobis fiat, initiò hoc sciendum, duo esse summa capita, in quibus Ius Victoriæ consistat: Injuriæ acceptæ ultionem, & in posterum securitatem.

IX. Quemadmodum enim, docentibus ita JCtis, Bald. *l.* 1. *de nov. oper. nunc.* Alex. *ad l.* 18. C. *de Transact.* non decet paci componendæ priùs incumbere, quàm punita delicta sint, ita victoriâ obtentâ, de ultione

tione juſtâ proſpiciendum fuerit antè, ut ſucciſis ſic belli omnis quaſi radibus, pax haberi certior & ſecurior poſſit.

X. Duo quoque tempora diſtinguenda ſunt, quæ paſſim confundi videmus: unum eſt, dum bellum adhuc geritur, victoriáque paratur: Alterum, cum parta plenè victoria eſt, finísque bello impoſitus. Priori illo tempore plura victori licent, quàm hoc poſteriori, in ſuperbos & ſtantes, quàm in debellatos, aut deditos, ſupplicésque.

XI. Ita majoribus placitum (reſcripſit Claudius Imperator Eunoni apud Tacitum, *lib.12. Annal. cap.20.*) quantâ pervicaciâ in hoſtem, tantâ beneficentiâ in ſupplices utendum. Et Auguſtinus, *Ep.159.* eleganter alicubi: inquirendi quàm puniendi major neceſſitas eſt, ad hoc enim & mitiſſimi homines facinus occultatum diligenter atque inſtanter examinant, ut inveniant, quibus parcant. Debellandi videlicèt cum Virgilio, *Aen.6.* ſuperbi, ſed parcendum ſubjectis.

XII. Pœnarum etiam quædam genera plena crudelitatis, uſurpari ſine reprehenſione non poſſunt, veluti oculorum effoſſio, vide Zonaram *in Baſilio.* manuum, Paul. Æmil. *lib.5.* (cujus verba: Licentiâ belli potiùs, quàm humanitatis jure præciſis dextris, Almericus Comes à Monteforti, quosdam ex Ludovici Craſſi militibus captos, dimiſit) vide & Florum *lib.3. cap.4.* pollicúmve (Athenienſes Æginetis, qui claſſe prævalerent, pollices præciderunt. vid. Cicer. *3. offic.* Ælianus *lib.2.* Plutarchus *Lyſandro.* Val. Max. *lib.9. cap.2*) vel pedum amputatio, Plinius *lib.8. cap.7.* Zon. *de Annibale.* quæ etiam jure civili in maleficos & ſontes prohibentur humanitatis ratione, non enim infligi debent pœnæ deformatrices naturæ, & quæ monſtra faciunt.

XIII. Sed fortaſsè quandóque cauſa ſubeſt, & quidem juſtiſſima ita ſæviendi, qualis Davidi, 1. *Paralip. cap.20. verſ.3.* in ſacris, propter læſos Legatos: qualis Cæſari, *lib.8. bell. Gallic. cap.44.* in illos, quos Vxelloduni cepit, quibus omnibus manus præcidit, vitam conceſſit, quo teſtatior eſſet pœna improborum.

XIV. Ius enim talionis inter hoſtes, & jure gentium juſtiſſimum eſſe, arbitrantur homines, quod inter Cives ne leges quidem, niſi rarò exercent. Mihi ſecus videtur, placétque illud Senecæ. *lib. de Irâ. 1. controv. in Troad.* nunquam committet Virtus, ut, vitia dum compeſcit, imitetur ipſa, alienæ quippe culpæ, aut malitiæ imitationem, malè innocentiam vocaveris.

XV. Diſtinguo etiam: ſæviendum aliquando in eos, qui verborum contumelijs non abſtinuêre in nos. Rectè enim Plutarch. *in Timoleonte.* Hoſtibus vim conceſſam, non virulentiam: virulentia enim ex odio eſt, & multi verba graviùs, quàm facta ferunt, contumeliam item quàm

detrimentum. Probóque adeò Memnonis factum, idem Plutarch. *in apophthegmat. Regum.* trajicientis ferro militem, qui Alexandro hosti maledixerat, addito Elogio: Pugnare te contra Alexandrum volui, non ei maledicere.

XVI. Distinguo etiam inter hostes, justi enim hostes mitiùs tractandi, injusti & vix hostes, quales sunt Piratæ, latrones fugativi, severiùs. Et quanquam justi nobis hostes sint Turcæ, tamen quia internecinum bellum nobis cum ipsis est, jura gentium quidem illis omnia servari debent, ulcisci verò eos, & punire pro moribus, & crudelitate eorum haud iniquum fuerit.

XVII. Sed pressiùs paulò & veluti per species quædam tractemus, nam generales regulas, sive præcepta in his rebus, sicut & alijs Politicis constituere difficillimū, vel potius ἀδύνατον. Immò nec in ipsis quidem speciebus ultionis, ac pœnarum definitiones tales tradi possunt, ut non multas recipiant exceptiones, & magnam pro circumstantijs varietatem.

XVIII. Initio hoc certum est, quod Xenophon, *lib. 7. παιδ. κύρ.* pronuntiat: Æternam inter omnes homines legem esse, ut tàm corpora devictorum, quàm fortunæ illis debeantur, qui victores exstitêre, nihilque adeo reliqui fiat victis, ut Sallustius, *in Catilin.* Vndè frequenter hoc inculcant ICti, *l. hostes & l. si quid in bello. ff. de capt. l. naturalem. §. ult. ff. de acquir. rer. Domin. cap. 9. jus gentium. 1. dict.* et alibi infinities: & consentit Philosophus, Aristotel. 1. *polit. cap. 4.*

XIX. Hoc tamen observato discrimine, ut quod durante adhùc bello hostibus eripitur, jure gentium fiat capientium. *l. naturalem. §. in f. ff. de acquir. rer. domin. Et §. item ea quæ ex hostib. Instit. de rer. division.* quod verò hostibus devictis capitur, id omne sive mobile sive immobile in Ius & potestatem Imperatoris, aut Ducis exercitus veniat, *cap. dicat aliquis 23. quæst. 5.* Hugo Donell. *lib. 4. comm. de jure civil. cap. 21.* Tùm enim ea capientium fieri non possunt militum, quia non capiuntur ampliùs ex hostibus, partâ quippe victoriâ desinunt omnia esse hostium, & concedunt in Ius victoris, undè si militum capientium fierent, caperent illa ex Republica, cujus potestati & imperio id totum devictis hostibus subjectum est.

XX. Ex his tamen, quæ devictis hostibus cepit Imperator, quædam inter milites dividere debet, pro ratione meritorum, id quod jure non modò civili, *d. cap. dicat aliquis 23. quæst. 5. l. si quis pro redempt. 36. §. simili etiam modo. C. de donation.* sed & Divino, *Deut. 20. Ios. 8.* cautum videmus. Vndè Julius Cæsar, A. Hirtius *lib. 8. bell. Gall.* in Gallia militibus pro labore & tolerantia (qui brumalibus diebus, itineribus difficilimis

limis, frigoribus intollerandis, ſtudioſiſſimè permanſerant in labore) ducenos ſeſtertios, Centurionibus duo millia nummûm prædæ nomine condonanda pollicitus eſt; L. Æmilius Paulus, Perſeo victo, ex prædâ Pediti in ſingulos centenos, duplex Centurioni, triplex Equiti dedit. Livius *lib.* 45.

XXI. Sed de rebus videamus, ac primùm quidem de ſacris. Vrbe igitur aliquâ vi & virtute captâ vel deditâ, ſigna & ornamenta templorum, aliáque victis auferre licere, non Romani modo, *l. cum loca. ff. de Religioſ. 36. l. 4. de ſepulchr. violato.* Sed & cæteræ gentes judicaverunt. Pauſan. quem vid. *in Arcadiſis, lib.* 8. qui Auguſtum excuſat, quòd victo Antonio Minervæ aleæ ſignum, & dentes apri Caledonij Tegeatibus abſtulerat, quòd tralatitium jam ab antiquo eſſet. Eſt igitur Ius Gentium. Iſta enim omnia, in quibus & donaria ponimus, non ita Deo ſacra, vel Dei eſſe dicuntur, ut juris publici propterea non ſint, *l.* 83. §. *ſacram rem. 5. l.* 137. §. *cum quis ſub hac conditione 6. de verb. oblig.* vel extra omne commertium etiam poſita: nam & ab ipſis, quorum ſunt, alienari certis de cauſis poſſunt & ſolent. *l. 21. extremâ C. de SacroSanct. Eccleſ. Novell.* 120. *cap.* 9. & 10. Videatur etiam de hoc jure, Cic. *Verrina.* 3. Livius. *de Marcello lib.* 25. idem *lib.* 5. *de Camillo, Iunonem Vejentium auferente.*

XXII. Quò accedit, quòd non naturâ res ſacræ & religioſæ fiunt, §. 8. *Sacræ res.* & § 9. *religioſum. Inſtit. de rer. diviſion.* ſed hominum inſtitutis, undè quæ aliquibus ſacra & religioſa ſunt, alijs itidem non continuò ſacra ſunt aut religioſa: Denique ſi maximè ſacra illa fuerint, victoria tamé facit omnia profana eo ipſo mométo, quo hoſtes victi sũt.

XXIII. Honeſtiùs tamen, & ad laudem potiùs faciunt, qui ab his rebus abſtinent: atque ita Cicero, *pro Flacco*, Pompeium laudat, quòd Hieroſolymis captis è templo (quod jure victoriæ ingreſſus erat, ut ſcribit Tacitus, *lib. 5. Hiſtor. cap.* 9) nihil abſtulerit, verba ejus rationem reddent: At Cneus Pompejus, inquit, captis Hieroſolymis victor ex illo fano attigit nihil. Inprimis hoc ut multa alia ſapienter, quod in tàm ſuſpiciosâ ac maledicâ civitate, locum ſermoni obtrectatorum non reliquit, non enim credo religionem Iudæorum & hoſtium, impedimento præſtantiſſimo Imperatori, ſed pudorem fuiſſe.

XXIV. Atque hanc in illo abſtinentiam, Joſephus, *lib.* 14. *cap.* 8. quoque laudat, qui contra Craſſi, *lib. eod. cap.* 12. in ſimili causâ avaritiam deteſtari non ſatis poteſt. Polybius ſanè graviter in hanc rem, *lib. 5. hiſtor.* (locus eſt inſignis, ſed longior, quem vide) Templa, inquit, ſtatuas atque his ſimilia templorum ornamenta perdere, quis neget opus eſſe hominis, & moribus, & irâ furentis.

XXV. Idem Polybius, *lib.* 9. graviſſimè & prudentiſſimè diſputat, non rectè à Victoribus fieri, ſi quævis etiam ornamenta captarum urbium in Patriam tranſportent. Rationes affert has.

XXVI. 1. Quia ea res faciat ad invidiam, rem formidandam vel maximè illis qui potentiam habent.

XXVII. 2. Subit aliqua ſtatim ſpectatores miſeratio eorum, quibus illa ablata ſunt, odium contrà illorum, qui in ſpoliis devictorum ſuperbiunt.

XXVIII. 3. Ipſis denique, quibus illa erepta cladium ſuarum memoria, illorum ornamentorum oſtentatione refricatur, & novus ſubindè veluti fomes iræ accenditur adverſus rerum illarum potientes. Propriarum videlicet calamitatum recordatio, quaſi quædam eſt adhortatio ad odio habendos illorum auctores.

XXIX. Stulteſcere denique videntur, qui alienas calamitates ſuæ Patriæ decus eſſe ſibi perſuadent. Hæc Polybius.

XXX. De publicis minor dubitatio relinquitur: omnia enim illa ſine cõtroverſia in jus & ditionem victorum concedunt: Ideóque de urbibus, aliisque rebus ſtatuere poſſunt pro arbitrio. In quo tamen rectè conſiderandum, monet Cicero *1. officior.* ne quid temerè, ne quid crudeliter fiat.

XXXI. Vrbes interdum diruendæ ſunt, intellige de captis, apud Livium *lib.* 37. (Phocœenſium urbe captâ, cum ad prædam Legiones Romanæ diſcurrerent, Æmilius reſiſtit, & revocat dicendo, captas, non deditas diripi urbes, & in his tamen arbitrium eſſe Imperatorum, non militum) non item de deditis, captis item ſive vi, ſive operibus, aut munimentis: ita diſtinguit Livius *lib.* 5. *de Veijs*, fato urgente, operibus non vi expugnata eſt. Idem *lib.* 10. *de* Nequino dicit. Nec item captæ urbes ſunt diruendæ: niſi oportunitas loci hoſtes ad rebellandum invitet, ut Corinthus à Mummio. Cicer. 1. *offic.* (quem vide. *& de Corinthi ſitu* Plutarchum *in Arato.*) & Carthago, à Scipione Æmiliano; Cic. *ibid.* Vell. *lib.* 1. *hiſtor.* (Excisâ Carthagine & Numantiâ, alterius nos metu, alterius vindicavit contumelijs Scipio) Vid. *Hiſtoric. paſſim.* vel ob contumelias, ut Numantia, ad aliorum terrorem, ut Megara, vid. Livium *decad.* 3. *lib.* 4. vel quia teneri commodè præſidio non poſſint, Tacitus *lib.* 13. *Annal. cap.* 41. *de Artaxatâ.* vel ſi hoſtium receptaculum eſſe poſſet, vel ad memoriam ſceleris notandam, vel alijs gravibus de cauſis. Iuſtiſſima eſt, ſi pro hoſte communi ſteterint, ut Thebæ, Liv. *lib.* 1. *de Peliorio.* quæ ideò, & communi Græciæ conſenſu funditùs everſæ.

XXXII. In rebelles maximè juſta eſt ira. Crebris rebellationibus

nibus Tusculani meriti, ut funditùs urbem amitterent, inquit Valerius *lib.7.cap.3. Exemplo 9.* Et de Judæis suis Josephus, *lib.1.Bell.Iud.* Qui semel subjectus est, & deinceps defecit, contumax magis servus, quàm libertatis ostenditur amator: Jure igitur omnia pœnarum exempla in ipsos, urbémq; ipsorum edita, cùm ab alijs tùm Tito inprimis, qui præter alia singulis diebus quingentos Judæos crucibus affigendos curavit, ut auctor est idem Josephus *lib. 6. cap. 12.* Atque hic ne deditio quidem relevat rebellionem. vide Liv. *de Satrico. lib.7.*

XXXIII. De Ducibus hostium gravis quæstio est: An capti necari debeant. Et, licere, verius est, multò certè magis, quàm in ipsam multitudinem sævire, præsertim si impulsa in bellum à Ducibus fuerit, ut plerunque evenit: Vnde generosè admodum Sthennius apud Plutarchum *in Apophthg.* cum Pompejus Victor Mamertinos, quòd hostium partibus adhæsissent, omnes interficere statuisset, adiit ipsum, & his verbis compellavit: Non æquum facis, Pompei, qui propter me unum noxium, multos innoxios occidere paras.

XXXIV. Nam & juri sacro hoc placere video. Achitophelis verba hæc sunt ad Absalonem: Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Davidem hâc nocte, inque eum irruam, Regem autem solum percutiam, universum verò populum reducam, quomodo unus homo reverti solet: unum enim virum tu quæris, & omnis populus erit in Pace. *lib.2.Samuel. cap.17. vers.1.2.3.*

XXXV. Idem observatum à Romanis, ut auctor Portius Latro. *declam. in Catilin. apud Sallust.* Necem, inquit, paucorum aut unius hominis calamitati publicæ majoris nostri semper anteponendam esse putaverunt. Testantur idem Historiæ: Nam Reges gentium exterarum devictarum, Ducésque in triumpho ducere, indè in carcerem, denique necare consueverunt: non omnes tamen, sed si qui singularibus de causis id commeriti erant, quales fuêre Aristonicus, Eutrop. *lib. 4.* & Jugurtha, Sallust. *Iugurth.*

XXXVI. Non tamen necari debent atrocibus, aut immanibus supplicijs, sed militaribus & convenientibus dignitati Ducum: Vndè non probare possumus Constantini factum, qui Francorum & Alemannorum devictorum captos Duces, Regesque etiam bestijs objecit in spectaculum muneris: Fallítque adeò Eusebius, *lib. 2. de Victor. Constantini.* qui id recepto jure factum ab eo scribit. Detestamur etiam factum Saporis, Persarum Tyranni, qui Valerianum Imperatorem excoriavit, & aliorum similia. Agathias *lib. 4.*

XXXVII. Improbissimum autem factum Caroli Andegavensis Neapolitani Regis fuit in Conradino Sueviæ Principe, sed non ijs tamen

tamen rationibus, quas vel ipse moriens afferebat, vel alii summi viri protulerunt, sed illâ unâ, quòd justus hostis cùm esset, de eo ut privato aliquo criminis alicujus reo, vel, ut Sigonius ait, quasi de latrone judicum sententiâ supplicium sumptum fuerit. Rectè enim Demosthenes: Malefici est Judicum sententiis condemnatum mori.

XXXVIII. Nec nobis sufficiens causa est, quam prætexuit Pontifex, vitam Conradini, mortem Caroli rescribens: mortem Conradini, vitam Caroli fore: huic enim metui carcere remedium afferre potuisset, ut exempla multorum docent. Neque hic mihi quis regerat, periculosum esse hujusmodi captivorum custodiam: Custodia enim ea institui potest, cumque custoditis sic agi, ut odium in amorem migret ac transeat.

XXXIX. Libertas sæpè etiam erripitur victis, non quidem ut planè mancipiorum conditione sint, sed ut vectigales sint, stipendiarii, servique populi Romani, ut de Annibale & Carthaginiensibus Livius *lib. 20.* scribit. Annibal Vectigalis stipendiariusq;, & servus populi Romani à Patre relictus. Et Antiochus inservientium Regum ditissimus appellatus à Tacito, *lib. 2. histor. cap. 81.*

XL. Sed hoc in Pupulis vel nationibus universis verum est, nam singuli quidem homines bello capti, quin veram *justamque* servitutem subeant, & mancipia capientium fiant, nemo unquam dubitavit, undè & jura postliminij nata.

XLI. Cæterùm apud Christianos inter se nulla talis servitus esse vulgò debere putatur, quod & de Græcis inter ipsos olim Socrates, Plato *5. de republ.* ut qui communis quasi Patriæ cives omnes essent, & eorundem sacrorum socii.

XLII. Sed reclamat disertè D. Paulus, *Ephes. 6. vers. 5. & seqq.* item *in epistol. ad Philemon.* & sacra Scriptura non uno in loco, utiliùs certè esset veram, et justam servitutem inter Christianos esse, vel eâ ratione, ne tàm multi interficerentur. Quod in bellis quoque Civilibus sæpè accidisse, Scriptores tradunt, quod nec ibi victi aut captivi cives fierent capientium. Illic enim bellū sine hoste, immò non bellum sed contentio; non item tot carnificibus opus foret, qui in fontes lege agerent.

XLIII. Joh. Bodini. *2. de Republ. cap. 8.* Disputatio contrà servitutem tota est inepta, melior pro servitute sententia Augerii Giselini Busbequii, *epist. 3. Itiner. p. 126.* D. Ferdinandi Imp. ad Turcam Legati.

XLIV. Sed ad rem. Interdum libertatis ereptio utilis ac salutaris populo illi esse consuevit, cui erepta est. Apud Livium. *lib. 45.* cum Æmilius Paulus Proceres Persei, utpote regio more vivere consuetos, cum filijs, qui annum decimum quintum ætatis excessissent, urbes suas relin-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [192] - 190

relinquere & in Italiam Romam migrare jussisset, quanquam mandata illa acerba videbantur, cognovit tamen Plebs utiliter eâ servitute suæ libertati consultum esse. Et avorum seculo felicissimo Cosmi Medicis Dominatu, Bodin. *de Republ. lib.* 4. *cap.* 1. nihil magis Florentinorum civitati variis seditionibus ante illa tempora exagitatissimæ salutare vel optari potuit. Sic enim & fessa civilibus discordiis Romana Respublica, ultrò in Augusti Principis imperium concessit. Tacit. 1. *Annal.*

XLV. Est & illud jus victoriæ, tributa victis imponere, vel stipendia similiaque ad servitutis notam. Sic Pœtus apud Tacitum, *lib.* 15. *Annal. cap.* 6. se tributa ac leges, & pro umbrâ Regis Romanum Ius victis Parthis impositurum minatur. Et Cerialis apud eundem ad Gallos: *lib.* 4. *histor. cap.* 74. (vide Ciceronem 1. *ad Q. Fr.* 1.) Nos, quanquam totiens lacessiti, jure victoriæ id solum vobis addidimus, quò pacem tueremur. Nam neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.

XLVI. Idem & dicendum de agris, quibus jure mulctantur victi, idq; solemne Romanis & justum, tùm ut exstet memoria belli, tùm ut defectionem victi non facilè cogitent.

XLVII. Reperio & victis quandoque pudenda signa erecta. Quale fuit illud Sesostris apud Diodorum Siculum, *lib.* 1. (Eadem & Herodotus Euterpe. Inque eam rem nos plura *decad.* 4. *obs. hist. cap.* 8. adjunge & fastum Brenni apud Plutarchum, *in Camillo*) qui cippos ubique terrarum bello acquisitarum erexit sacris Ægyptiorum literis, hoc verborum indicio inscriptos: Hanc Provinciam armis suis devicit Regum Rex, & Dominus Sesostris. In cippis autem illis τὸ ἀιδοῖον ἀνδρὸς apud gentes strenuas & pugnaces, apud ignavas autem molles & timidas τῆς γυναικὸς expressum erat, ex præcipuo hominis membro animorum in singulis adfectionem posteris evidentissimam fore ratus.

XLVIII. Verùm rationem hanc probare non possum, cùm videam improbatam, & L. Floro, Historico insigni, *lib.* 3. *cap.* 2. qui ubi bellum Allobrogicum describit, subjungit: Victoriæ quod quantúmque gaudium fuerit, vel hinc existimari potest, quod & Domitius Ænobarbus, & Fabius Maximus ipsis, quibus dimicaverunt, locis saxeas erexêre turreis, & desuper exornata armis hostilibus tropæa fixêre, quum hic mos fuerit inusitatus nostris: Nunquam enim Populus Romanus hostibus domitis victoriam suam exprobravit.

XLIX. Exemplo sit apud Livium, *lib.* 45. is, de quo antè, Æmilius Paulus, ad quem cum captivus adduceretur Perseus, Macedonum

Rex, isque terram intuens fleret tantùm, nihilque nec interrogatus nec accusatus responderet: Vtcunque, inquit, Perseu, hoc, ut bellum cum Romanis, quàm pacem malles, inciderit, sive errore humano sive casu, seu necessitate etiam, bonum animum habe; multorum Regum populorúmque casibus cognita populi Romani clementia, non modò spem tibi, sed propè certam fiduciam salutis præbet. Hæc Græco sermone Perseo: Latinè deinde suis: Exemplum insigne cernitis, inquit, mutationis rerum humanarum: vobis hoc præcipuè dico, Iuvenes: ideò in secundis rebus nihil in quenquam superbè ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ, cum quid vesper ferat incertum sit. Is demum Vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet. O magnum & verè Romanum virum.

L. Improbius factum est eorum, qui de victorum hostium ossibus illudunt, & ex calvarijs pocula faciunt, quod fecisse legimus Alboinum, Longobardorum Regem, (P. Æmilius *in Cherebertho lib.* 1.) qui, Clotosindâ mortuâ, Rosimundam Gepidarum Regis à se prælio cæsi filiam duxit, & ex calvariâ patris poculo facto, uxorē indè bibere coëgit, quæ res illi exitium properavit. Chrunum item Bulgarorum Regem, (Idem Æmilius *lib.* 14. *in Carolo Magno*) cæso Nicephoro Græcorum Imperatore.

LI. Id notatu dignum, quod Paulus Æmilius, *In Carolo M. lib.* 3. scribit, à Carolo Magno Saxonibus sub jugum missis ademtam libertatem testandi, restitutam posteà à Ludovico Pio, Caroli filio, eámq; restitutionem tàm grato animo accepisse, addit Saxones, ut magis pro Francorum gloriâ ex eo tempore pugnaverint, quàm ante pro libertate suâ adversus eosdem decertassent.

LII. Illud denique & justum & usitatum est, ut victi victoribus sumptus in bello factos, aliaque damna restituant. Quod & in civilibus causis, & forensibus controversiis locum habet, nisi justam causam fortè litigandi victus habuisse censeatur, cui exceptioni moribus potiùs, quàm lege aliquâ introductæ in bello locus esse non solet.

LIII. Postremò gravissima quæstio est, & inter illustres suas relata ab Hottomanno, ICto acutissimo, *quæst.* 5. an Ius victoris sit quoddam jus universale, an verò in iis tantùm rebus valeat, quas occupavit? hoc veriùs ille existimat, illud Albericus Gentilis, *lib.* 3. *de jure belli cap.* 5. & cum hoc videntur historiæ stare, unde veteres Imperatores & Duces ita censuisse contra Hottomannum, salvâ summi Viri autoritate disputabimus.

LIV. Si-

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: ZEN Leibn. Marg. 0,1;Leibn. Marg. 0,1, Stück 13, [194] - 192

LIV. Sicut & ab eodem recedimus in quæstione illâ asperâ, & vehementi, ut illam appellat Quinctilianus, *lib. 5. cap.* 10 de Thessalis, quibus Alexander Magnus chirographum quoddam Thebanorum donaverat: nam Thessalis jus ex eâ donatione verum optimumque quæsitum fuisse docent nos item Historiæ, & exempla similia, & confirmant insuper Albericus Gentilis, *d. lib. 3. de jure. bell. cap. 5.* & Balthazar Ajala, *lib. 1. de bell. jur. & officijs cap. 5.* JCti CLmi.

LV. Atque hæc de jure victoriæ, in vi & armis aut etiam munimentis subjugatos sufficiant: in Deditijs omnia mitiora obtinent. In illis tria potissimùm notanda: primùm, qui dici possint deditij: An solùm illi, quorum murum aries nondum percusserit, ut volunt antiqui, imprimis Fulvius, apud Livium, *lib. 38. & 39. de Ambraciâ.* an qui etiam post vim adhibitam se dedunt, id Ciceroni, 1. *offic.* placuit. Utrique deditij dici possunt.

LVI. Alterum est, an deditij semper recipiendi? si nimia multitudo eorum esset, justa causa visa Romanis aliquando non recipiendi: apparuit id in excidio Vspensium, apud Tacitum, *lib.* 12. *Annal.* si item jam jam capiendi se dedere velint, non recipi coguntur.

LVII. Tertium est de jure Dedititiorum. Quod sic vestigabitur: Dediti, vel per pactiones dedêre se, vel sine pactione: si cum pactis, illa servanda sunt: si sine pactis & simpliciter, pro modo meritorum nunc mitiùs, nunc duriùs haberi possunt, semper tamen stat pro illis favor. Atque de his hactenùs.

ΠΑΡΕΡΓΑ.

I. An Fœminæ etiam & pueri in bello capi possint, quæritur? Posse, suadent nobis Historiæ, & ratio evincit.

II. An deditus hostibus, & ab iis non acceptus maneat Civis, in C. Mancini exemplo valdè apud Veteres dubitatum fuit. Negativa nobis placet.

III. Rectè Cicero, *in orat. pro L. Manilia.* de Romanis: Majores nostri semper in pace consuetudini, in bello utilitati paruerunt. Exemplo fuêre Q. Fab. Maxim: Pater apud Liv. *lib.* 24. in deliberatione de Classio Altinio Arpinate transfuga. Marcellus in L. Bantio Nolano, apud Livium *lib.* 23. Scipio Nasica in Gracho, Valer. Maximus *lib. 3. cap. 2.* Appianus. 1. *Civil.* Octavius Cæsar in Antonio. Ciceto, *Philip. 8.*

IV. Generosè & pro majestate imperij sui Romani apud Polybium *in excerpt. legat. sect.* 122. Leptinen Cn. Legati sui occisorem à Demetrio ad supplicium deditum, acceptare voluerunt, ne publicas injurias privatis suppliciis ulcisci viderentur.

Tandem etiam Casum Juris processum, in militiâ adhuc alicubi usitatum, adponam, ex tractatu, Anno Christi 1590. Coloniæ impresso. **Kriegsordnung zu Wasser vnnd zu Land / Adami Junckhausen von Olßnitz.**

Die Keyserlichen Malefitzrecht / wie sie Keyser Carolus Quintus / der Fünffte Römische Keyser / seliger Gedächtnuß vnser aller Gnädigster Herr / gehalten / vnd auff vns hat kommen lassen / wie folgt.

Welche etwas langweilig ist / vnd von einem Rechtstage zu dem andern auffschub nemmen kan / vnd nicht so bald fortfahren / als im Standrecht / doch darnach die Missethat ist.

ANfänglich wann ein hauffen Kriegsvolck angenommen / vnd ein Regiment gerichtet wird / so soll der Feldherr oder Feldoberster / so vber das Kriegsvolck zugebieten hat / einen Rechtverständigen / alten / wolerfahrnen Kriegsmann zu einem Schultheissen / welcher sonst genennet wird ein Landrichter / oder aber ein Halßrichter / außerlesen vnd erwehlen / vnnd jhm den Gerichtsstab / oder wie man jhn den Stab der Gerechtigkeit nennet / vbergeben / vnd dargegen mit gnugsamē Eydspflichten verfassen vnnd einbinden / daß Er den Stab wolle führen / GOtt zu Lob / der Weltlichen Oberkeit zu rühmlichen Ehren / vnd den Keyserlichen / Göttlichen Rechten zu stärckung / damit Gericht vnd Gerechtigkeit nicht geschwächt / sondern viel mehr gemehret vnnd fortgepflantzet werde / vnnd daß Er auch wolle richten vnnd vrtheilen / nach der Gerechtigkeit / dem Armen als dem Reichen / dem kleinen als dem grossen / damit er vor GOtt im Himmel / vor der Weltlichen Oberkeit auff Erden / vnd dem gemeinen Mann bestehen / vnd am Jüngsten tage verantworten kan. Wann solches geschehen ist / so soll der Schultheiß sich vmbsehen / vnd noch zwölff geschickter Männer / die alte / wol vorsichtige / verständige vnd wolberedte Kriegsleuth sein / zu jhm nemmen vnd erwehlen / die jhm das Recht helffen führen / vnd ins werck setzen / darneben auch ein Gerichtsschreiber vnnd Gerichtswebel / die sollen was frey sein / sonderliche Besoldung haben / vnd allein auffs Recht bestellt sein / diesen zwölffen

zwölffen soll der Schultheiß zugebieten vnd zu befehlen haben / was billich vnd recht ist.

Item / es soll auch der Schultheiß mit den zwölffen einen ernstlichen Eyd zu GOtt thun / daß sie wollen Vrtheilen vnnd Rechtsprechen / dem Armen als dem Reichen / dem Reichen als dem Armen / dem grossen als dem kleinen / vnd nicht gedencken Freundschafft / Sypschafft / Gefatterschafft / weder Gunst / Liebe / Gifft oder Gabe / nicht Hader oder Neid ansehen / sondern daß sie wollen trewlich vnnd vngefährlich in allen sachen / so weit jhr Verstand außweiset / vnd bewilligen / daß GOtt der Allmächtige am Jüngsten Gericht vber jhre arme Seelen / mit seinen heiligen Apostoln vnd lieben Engeln auch also richten vnnd Vrtheilen soll. Sonst sollen sie gleichwol heiffen gut rath vnd that geben / wie man dem Feind mehr abbruch vnd widerstand thun / vnd sich im einfall / Anlauff / Scharmützel / wie es die noth erfordert / gegen dem Feind finden vnd gebrauchen lassen.

Deßgleichen soll der Gerichtsschreiber eben so wol schweren / vnnd beeydet sein / daß Er in gebürlichen sachen in dem Rechten / vnnd ausser deß Rechten / nicht zu viel noch zu wenig schreiben will / sondern was recht / vnd dem Rechten dienlich ist.

Item / es soll auch der Gerichts Webel mit gemeltem Eyde verhafft sein / daß er wolle seine gewohnliche Sachen trewlich vnnd fleissig außrichten / mit gebieten vnnd befelch / sonder gefehrde / ohne gezanck / was jhme befohlen wird.

Wann nun solches alles geordinirt / vnd vollzogen ist / so folget weiter.

Zum Ersten / soll der Schultheiß sampt den zwölff Richtern / Gerichtsschreiber vnd Gerichts Webel einen Eyd thun / zu GOtt vnnd seinem heiligen Evangelio / alles was sie richten vnd vrtheilen / deßgleichen alle Heimligkeit deß Raths verschweigen vnd behalten / biß in jhr Grab vnd mit vnder die Erde bringen.

Zum Andern / so sollen die zwölff Richter dem Schultheiß gehorsamb vnnd vnderthänig sein / in allen billichen Sachen / was zum rechten gereichet / vnd beheglig sey.

Zum Dritten / so soll kein Richter oder Rechtssprecher auß dem Feldläger / Festung oder Besatzung / wo es sey / gehen oder reysen / er habe dann verlaubnuß / bey straff eines Gulden.

Zum vierdten / ob einem Richter / oder sonst einem so zu dem Rechten gehöret / zum Recht gebotten were / vnd nicht zu rechter zeit erschiene / sondern zu lang außen were / vnd hette nicht Herren Gebott / oder GOttes gewalt vorzuwenden / der ist dem Schultheiß einen Gulden verfallen.

Zum Fünfften/da einer oder mehr im Rechten sesse/ der nicht Ehrlich oder tüchtig im Rechten zusitzen/erkennet würde/vnd einer vnder jhnen solches auff diesen wüßte/vnd verschwiege es / vnd käme vber lang oder kurtz auß/so soll derselbe/so es gewußt/vnd verschwiegen hat/vor einen Meineydigen gescholten werden.

Zum Sechsten/welcher nach Verbannung deß Rechten auffstehet/ohne erlaubnuß deß Schultheissen / der ist dem Schultheissen einen Gulden verfallen.

Zum Siebenden / welcher im Rechten / oder ausserhalb deß Rechten dem Schultheissen einred/oder zuspricht/ohn durch seinen erlaubten Vorsprecher der ist dem Schultheissen einen Gulden pflüchtig.

Zum Achten/werden Richtern vnbillicher weise auff die Gerichtsbanck sitzet/da die Richter vberstunden / oder einen Richter mit einem Fuß anrühret/der ist dem Schultheissen einen Gulden verfallen.

Zum Neundten welche Parthey / Kläger oder Thäter/durch den Gerichts Webel verbotter wer nach ordnung deß Rechten/Kundschafft oder Rede vnd antwort vorzubringen/vnd dieselben nicht zu rechter weile vnd zeit erscheinen/so seind sie dem Schultheiß vom ersten gebott einen Gulden verfallen/vom andern/zwen Gulden / vnnd zum dritten ins Oberste Straff sein.

Zum Zehenden/vor ein jede Kundschafft vorzubieten/ist man dem Schultheissen schuldig eine Marzel / dem Gerichts Webel eine Marzel/ vnnd dem Gerichtsschreiber auch eine Marzel vor sein schreiben / das ist zwen Batzen.

Zum Eylfften/so soll kein Richter oder Rechtsprecher dem andern in sein Recht fallen/weder mit Klage oder Antwort / oder andere vnderredung/welcher das vbertritt / der ist dem Schultheissen verfallen einen Gulden.

Zum Zwölfften/vmb jede vmbfrag im Rechten/so einer begehet/ist man schuldig dem Schultheissen eine Marzel/das sind zwen Batzen/ oder ein Schreckenberger/vnnd ob einer den Articulsbrieff begehrt durchauß zu verlesen/darvon gehört dem Schultheiß ein halber Gulden / dem Gerichtsschreiber auch so viel.

Zum Dreyzehenden/so bald das Recht verbannet ist/vnnd die zwo Partheyen/so vor dem Rechten zuschaffen oder zu Klagen haben/sollen dem Schultheissen von stehendem Fuß jede Parthey ein Marzel auffligen/das sind zwen Batzen/oder ein Schreckenberger.

Zum Vierzehenden / vor einem jeden Mallafica deß Rechten / ist man schuldig dem Schultheissen einen Gulden / vnnd von einem jeden Vrtheil einen Ortsgulden / vnnd dem Gerichtsschreiber einen halben Gulden/dem Gerichts Webel auch einen halben Gulden.

Zum Fünffzehenden / wer ein versigelten Brieff vom Schultheissen haben will / es sey inn Vrtheil oder Kundschafft Brieff / oder ein schrifftlich Zeugnuß / der ist dem Schultheiß einen Gulden schuldig / vnd dem Gerichtsschreiber / was er auff einen bogen Papyr schreiben kan / ein halben Gulden.

Zum Sechzehenden / da man dem Schultheiß etwas auff Recht in seine gewalt bewahren geb vnd einleget / es sey Gelt / Gut oder Kleinoter / vnd ander habhafftig Gut / welches der Schultheiß bewahren vnd widerstellen soll so ist dem Schultheiß von demselbigen der zehende Pfenning verfallen von Rechtswegen. Wird es aber verwahrloßt vnd verlohren / so ist der Schultheiß schuldig den Partheyen / die es ins Gericht eingelegt haben / solches zubezahlen. Im fall aber / da es dem Schultheiß durch den Feind abgenommen / oder mit dē seinen Haab vnd Gut verbrennete / vnd im Fewer verderbe / so ist der Schultheiß nichts schuldig zu zahlen.

Zum Siebenzehenden / vnd welcher von dem Schultheissen ein offentlich Recht begeren will / der soll dem Schultheissen geben von einem Rechtstage ein Ducaten / dem Gerichtsschreiber eine halben Ducaten / dem Gerichts Webel einen Gulden / vnnd jedem Gerichtsmann einen Dicken Pfenning / allen denen / die zum Keyserlichen Rechten gehören / den andern vnd dritten Gerichtstag eben so wol / als den ersten.

Zum Achtzehenden / ob etwann in solchen Gerichtshandeln were was vergessen / vnnd nicht gemelt worden / vnnd doch dem Keyserlichen Rechten dienstlich gewesen / vnd die gemeinen Kriegsleuth oder die verordneten Richter besser bedacht / vnnd vor gut erkenneten / das soll dem Schultheissen vnd dem Obersten zuvor behalten sein / darzu dem Kläger vnd Beklagten ohne schaden vnd nachtheil.

